

uehor, trano, permeo, delabor, deflecto, abso, defluo. de Natu. deor. 28 a, Cùm Gracchus pomœrium transferebat, auspicari est oblitus. I. P. 92 a, & Orator. 210 b, Cùm mare vastissimum hyeme transibis. Atticar. 128 b, Horum studiorum causa mare transiui. & 128 a, Pompeius mare transijt. Attic. 106 a, Cùm legis dies transferit. Tuscul. 235 b, Nulla animans in alterius animantis vitam transire potest. Brutus ad Cic. lib. 11, Quòd si me Cæsar audisset, atque Apenninum transisset. 3 Verr. Sicut mos maiorum ferebat, repente relinquo, deferas, ad aduersarios transeas. ad Atticum lib. 2, Video iam quòd inuidia transeat, & vbi sit habitatura, &c. 1 de Inuen. Deinceps ad partitionem transeamus. 5 Verr. & Offic. 1, Si vos semel in iudicando finem æquitatis & legis transferitis. 2 ad Atticum. Transire ad plebem. 3 ad Heren. Transire ad sermonem. de Diuin. lib. 2, Transire amnes auspiciò. 9 Famil. Transire ea quæ premunt, & ea quæ impendent. 3 de Fin. Rectius diues quàm Crassus: qui nisi eguisset, nunquam Euphratem nulla belli causa transire voluisset. Planc. Cic. lib. 10, Varifidium equitem Romanum familiarem meum ad te ipsum transire iussi. Parad. Siquidem est peccare, tanquam transire lineas. 2 ad Atticum. Transire locum. Or. Transire maria. 9 ad Atticum. Transijt Formias. & 15, Transijt hic nimbus. 4. Tuscul. Aegrè tulisse P. Rutilium, &c. sed tamen transisse videtur modum, quippe qui ob eam causam à vita recesserit. * Academ. 30 a, Erit persuasum etiam, Solem, Lunam, stellas omnes, terram, mare, Deos esse, quòd quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & transeat.

¶ *Deflecto, vito.* Epistol. 126 a, Spero tamen, si te viderim, & ea quæ premant, & ea quæ impendeant, me faciliè transiurum.

¶ *Accedo, eo.* 8. Fam. Cælij, Transierant illuc. *id est, in illam sementiam.*

¶ *Actingo, traeto.* pro Rosc. Amer. Sed in animo est leuiter transire, ac tantummodo perstringere vnamquamq; rem.

¶ *Omisio.* 8. Fam. Cælij, Transi multa.

¶ *Tego.* ad Att. lib. 2, Equidem malueram, quod erat susceptum ab illis, silentio transire.

TRANSITVS, accedivus. 2 de Finib. Cuius similitudine perspecta, informatum specie, à dignitate transitum est ad honestatem ditorum atq; factorum.

* **TRANSFERENDVS, a, um.** Academ. 43 a, Aut enim noua sunt rerum nouarum faciendæ nomina, aut ex alijs transferenda.

TRANSFERENS, tis. traducens. Offic. 2 b, Similitudinem natura, ratioq; ab oculis ad animum transferens.

TRANSFERO, fers. traduco, confero. de Orato. 96 a, Sed si placet, sermonem aliò transferamus. pro Mur. 135 a, Cùm te de curriculo petitionis deflexisses, animumque ad accusandum transulisses. de Orat. 148 a, Alij à regendis ciuitatibus totos se ad cogitationem rerum transulerunt. Attic. 207 b, Totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, transulique ad nostrum sodalem. Orator. 292 a, Transferre verba apertius. pro Cl. 44 a, Nec est probandum, illos ad notationes censorias exemplum à consuetudine militari transulisse. de Inuent. 49 b, Transferre aliquid ex philosophia Epistol. 70 a, Transferre animum ad aliqua. pro Fon. 277 b, Transferre culpam in alios. Attic. 250 a, Ut omnem culpam in te transferas. pro Sest. 21 a, Transfere crimen in aliquem pro Quin. Rosc. 46 a, Quin tabulas conficiunt, menstruas penè rationes in tabulas transferunt. I. V. 134 a, Hoc idem transfero in magistratus. I. A. 189 a, Ad se omnia ex hortis ornamenta transulit. de Clarif. 168 b, Totumque se ad artes componendas transulit. pro M. lon. 106 a, Clodius reliquit annum suum, seseque in porximum transulit. * de Orat. 155 b, Quod ipse suas disputationes à causis forensibus & ciuilibus ad inanem sermonis elegantiam transulisset. de Fin. 50 a, Si ad eorum cognitionem diuina illa ingenia transferrem. de Finib. 47 a, Quæ mens similitudines transferat. Frag. epist. Veritus ne nos in Catonem nostrum transferamus illinc mali aliquid. Incer. Mustella catulos suos quotidie transfert, mutatq; sedem. de Orator. 150 b, Qui eas artes ad vsum transferunt. I. V. 146 b, Statim suspitione offensus ad ea ipsa nomina oculos animumque transulimus. de Vniuer. 202 b, Eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet.

¶ *Censeo, recenseo.* pro Syl. 182, In hunc igitur gregem vos P. Syllam reicietis? in parricidarum numerum transferetis.

¶ *Adhibeo, deriuo.* de Finib. 67 a, Hanc iucunditatem transferre in animum.

¶ *Transcribo.* Epistol. 38 a, Ut de tuo edicto totidem verbis transferem in meum. Attic. 90 b, Istum ego locum totidem verbis à Dicæarcho transuli.

TRANSFEROR, ris. deportor. Academ. 13 b, Nihil de suo genere transferri in aliud genus potest. de Orator. 247 a, Non valde productis ijs, quæ similitudinis causa ex alijs rebus transferuntur. de Inuent. 67 b, Argumenta, quæ transferri in multas causas possunt. de Orat. 138 a, Nec in alias causas posse transferri. L. DEFINITIO. * pro C. Corn. 1, Qui huc & illuc transferuntur. Frag. ep. Ut Hercules Antianus in alium locum transferretur.

¶ *Auferor, conferor.* pro Dom. 225 b, Cùm domus in palatio, villa in Tusculano, altera ad alterum consulem transfereretur.

¶ *Accommodor.* Offic. 11 a, Quod ab Ennio positum in vna re transferri per multas potest.

¶ *Traducor.* Orator. 205 a, Translata ea dico, quæ per similitudinem ab alio transferuntur. & 204 b, Cùm verbum aliud quod aliud transfertur. Orator. 256 b, Verbum transferri, & quasi in alieno loco collocari. de Fato. 143 b, Quid est, quod non possit ex cõnexo transferri ad coniunctionum negationem?

¶ *Mittor.* pro Qu. 2 b, Tollitur à præconum consensu in Galliam Næuius, & trans alpes vsque transfertur.

¶ *Transcribor.* I. V. 147 a, Literæ lituræque omnes simulatæ, expressæ, de tabulis in libros transferuntur.

TRANSFIGENS, tis. configens. de Diu. 102 a, *Hic Iouis alsi foni subitò pinnata satelles, &c. Ipsa feris transfigens vnguibus anguem.*

TRANSFIXVS, a, um. traectus, confixus. de Finib. 95 a, Quæ erat transfixa hasta.

TRANSEVGA, gæ. perfuga, qui ad hostes profugit. de Diu. 101. Non omnia illum transfugam ausum esse senatui dicere. Sal. in Cic. 271 b, Leuissime transfuga, neque in hac, neque in illa parte fidem habens.

TRANSEVGIO, gis. perfugio, profugio. pro Qu. 17 b, Ab afflicta amicitia transfugere, & ad florentem aliam deuolare.

TRANSEVNDO, dis. transfero. I. A. 175 a, Omnem amorem abiecit illinc, atque in hanc transfudit. Epist. 133 b, Libentius omnes meas laudes ad te transfuderim, &c.

TRANSGREDIOR, ris. migro. de Diu. 87 a, Quòd inauspicatò pomœrium transgressus esset. Epist. 37, Taurum transgressus sum. & 167 a, Transgredi alpes.

TRANSGRESSIO, onis. transitus. I. P. 97 a, Cuius ego imperio non alpium vallum contra ascensum, transgressionemque Gallorum, &c. obijcio & oppono.

¶ *Oratoria quædam exornatio.* de Orato. 162 a, Est etiam verborum concinna transgressio. ad Heren. 34 a, Transgressio est, quæ verborum perturbationem ordinem peruersione, aut transiessione, &c.

TRANSIECTIO, onis. * traectin. ad Her. 28 a, Si verborum transiessionem vitabimus, nisi quæ erit concinna. & 34 a, Transgressio est, quæ verborum perturbationem peruersione aut transiessione. ibid. Huiusmodi transiectio, quæ rem non reddit obscuram, multum proderit ad continuationes.

* **TRANSIECTVS, a, um.** de Vni. 201 b, Terra alitrix nostra, quæ transiecto axe sustinetur.

TRANSIGO, gis. decido, pactionem facio, conficio, facio, gero. I. V. 125 a, Qui cum reo transigat, post cum accusatore decidat. pro Sext. Rosc. 36 a, Transigere atque decidere cum aliquo. pro Qu. Rosc. 54 a, Transigere cum aliquo de aliqua re. I. V. 104 b, Quod erat vix H. S. quadringentorum millium, transigunt H. S. ducentis millibus. pro Cl. 25 b, Itaque Manilius rem cum Oppianico transigit, pecuniam ab eo accipit. pro Qu. Rosc. 48 b, Is se ternis nummis, in pedem tecum transigisse dicebat. pro Qu. 18 a, Transigere cum aliquo qualibet, dummodo tolerabili conditione. Attic. 24 b, Amabo te, cura vt cum Ticinio transigas. pro Quo R. 53 a, Hoc tu per nuncium transigere potuisti.

¶ *Rem absoluo, perficio.* pro Sex. Rosc. 37 a, Recede de medio, per alium transigam. Att. 194 a, Prius enim rem transiegit, quàm, &c. & 195 a, Benefecit Aulus Silius, qui transiegit, &c. Orator. 209 b, Ut cum transiegit iam aliquid, definiat. de Inuen. 49 b, Transigere multas res vno tempore. Attic. 3 a, Nos hic incredibili ac singulari populi voluntate de C. Macro transigimus. I. V. 207 b, Quod verbo transigere possum. & 61 b, & I. C. 121 b, Transigere, absolue, expedire vnumquodque. pro Qu. 13 b, Transigere susceptum negocium. Epistol. 209 b, Negocium conficiendum curas: ipse suscipias, transigas. I. A. 164 b, Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, cum tu illum gladio stricto insecutus es? negociumque transigisses, nisi se abdidisset.

TRANSIGOR, ris. Att. 66 b, Cum priuatis non poterat transigi minore pecunia. pro Quint. 3 b, & 4 a, Ut quoniam suspicaretur de aliquate fore controuersia, videret vt quàm primùm tota res transigaretur: sed res conuenire nullo modo potuit. Epistol. 114 b, Profectò aut transigaretur ali-

quid, aut turpiter intercedetur. ad Heren. 3 a, Verum hoc in exercendo transigetur pro Sext. Rosc. 43 a, Quæ domi gerenda sunt, ea per Cæciliam transiguntur. * de Inuent. 51 b, Potuerunt aut magnitudo negocij, aut multitudo rerum in eo transigi tempore.

TRANSIGITUR, *agitur*. Epistol. 235 a, Sin, vt ego metuo, transactum est, fac venias.

TRANSILIO, *lis*. *migro, prætereo*. de Orat. 157 b, Transilire ante pedes posita. de Finib. 115 a, Cum autem ad summum bonum volunt peruenire, transiliunt omnia, &c. I. A. 176 b, Sed ne rem vnam pulcherrimam transiliat oratio, veniamus, &c. * Parad. 119 b, Si quidem est peccare tanquam transilire (*al. transire*) lines.

* **TRANSITANS**, *tis*. Att. 89 b, Sed lege Iulia transitans legatus semel tamen in diem, &c. accipit.

TRANSITIO, *onis*. de Natur. deor. 11 b, Imagines similitudine & transitione perceptæ. Epist. 189 b, Qui spem sæpe transitionis præbuit. * de Clarif. 170 a, Multa scripta sunt in eis historijs, quæ facta non sunt, falsi triumphi, & ad plebem transitiones. de Natur. deor. 22 a, Speciem Dei percipi cogitatione, non sensu, &c. eamque esse eius visionem, vt similitudine & transitione cernatur. de Natu. deo. 22 b, 23 a, At quàm licenter fluentium frequenter transiatio fit visionum, vt è multis vna videatur.

¶ *Item sciensilio, exornatio quadam*. ad Heren. 32 a, Transiatio vocatur, quæ cum ostendit breuiter quod dictum sit, proponit item breui quod consequatur. & ibidem. 3 a, Rem breuiter narrare poterimus, &c. etsi transiatioibus nullis vtetur.

TRANSITVS, *tus*. Tusc. 239 b, Eiusque fossæ transitum ponticulo ligneo coniunxit.

* **TRANSITVS**, *a, um*. *omissus, neglectus*. Attic. 81 a, Iulia lege transita.

TRANSLATIO, *onis*. *exornatio est, cum verbum in quandam rem transferretur ex alia re, quod propter similitudinem rectè videtur posse transferri*. de Orator. 157 a, Translationes quasi mutationes sunt, cum quod non habes, aliunde sumas. Orator. 205 b, Iam cum fluxerunt continuæ plures translationes, alia planè sit oratio: itaque genus hoc Græci appellant ἀναγωγίαν, no mine rectè: genere meliùs ille, qui ista omnia translationes vocat. de Orator. 158 a, Verecunda debet esse translatio. * ad Heren. 34 b, Translatio est cum verbum in quandam rem transferretur ex alia, quod propter similitudinem rectè videtur posse transferri. Ea vtitur rei ante oculos ponendæ causæ, &c. breuitatis causæ, &c. obsecrationis vitandæ causæ, &c. augendi causæ, &c. minuendi causæ, &c. ornandi causæ. ibidem. Translationem dicunt pudenter esse oportere, vt cum ratione in consimilem rem transferat, ne sine delectu temerè & cupidè videatur in dissimilem transcurrisse. de Orator. 133 a, In verbis etiam illa sunt genera facietiarum, quæ aut ex immutata oratione ducuntur, aut ex vnius verbi translatione. de Orator. 157 a, Verbi translatio instituta est inopiæ causæ, frequentata delectationis. ibidem. Ille translationes paulò audacior, quæ non inopiam indicant, sed orationi splendoris aliquid accersunt. Quarum ego quid vobis aut inueniendi rationem aut genera ponam? Translatio omnis similitudinis est ad verbum vnum contracta breuitas. de Orator. 157 b, Breuitas translatione conficitur. ibidem. Omnis translatio, quæ quidem sumpta ratione est, ad sensus ipsos adnotat, maximè oculorum. de Orator. 158 a, Si vereare ne paulò durior translatio esse videatur, mollienda est præposito sæpe verbo. ibidem. Verecunda debet esse translatio, vt deducta esse in alienum locum, non irruisse, (*al. irrupisse*), atque vt precariò, non vi venisse videatur. de Orator. 158 b, Quæ ex pluribus, vt exposui, translationibus connexa sunt. Orator. 204 a, Ergo ille tenuis orator erit, &c. translatione fortasse crebrior, qua frequentissimè sermo omnis vititur non modò vrbano, sed etiam rustico. Topic. 223 a, Sæpe etiam definiunt & oratores & poetæ per translationem verbi ex similitudine cum quadam suauitate, & b, Translatione vtens discedebat à verbis proprijs rerum ac suis.

¶ *Remotio*. in Ver. 221 b, Nomen suum alicui ad translationem criminis commo dare.

¶ *Traductio, translatio*, Offic. 9 b, Et Syllæ & C. Cæsaris pecuniarum translatio à iustis dominis ad alienos, non debet liberalis videri. * ad Heren. 3 a, Ex translatione criminis causa constat, cum fecisse nos non negamus, sed aliorum peccatis coactos fecisse dicimus, ad Heren. 9 b, Quæritur in translationibus, primùm num, &c. & 10 a, Translatio criminis est, cum ab reo facti causa in aliorum peccatum transfertur. In qua primùm quærendum, est, &c. deinde spectandum est. de Inuent. 69 a, Cum actio translationis aut commutationis indigere videatur. ibidem. Si singula

translationum genera quæramus. ibidem. Vt rarius incidant translationes. ibidem. In ipsis autem iudicijs rarius incidunt: & tamen si quando incidunt, eiusmodi sunt, vt per se minus habeant similitudinis, confirmantur autem assumpta alia aliqua constitutione. & b, Cæteris quoque criminibus defendendis coniecturali constitutione translationem confirmabit. ibidem. Locus communis contra eum, qui translationem inducet, fugere iudicium ac pœnam, quia causæ diffidat. A translatione autem. & c.

TRANSLATITIVS, *a, um*. *translatiuum*. I. V. 99 b, Et hoc vetus edictum translaticiumque esse.

TRANSLATIIVS, *a, um*. de Inu. 69 a, & 45 a, Cum autem actio translationis aut commutationis indigere videatur, constitutio translatiua appellatur.

TRANSLATOR, *oris*. I. V. 266 b, Translator quæsturæ tantum sibi autoritatis in Repub. suscepit.

TRANSLATVS, *a, um*. Or. 205 a, Translata verba, quasi stellæ illustrant orationem.

¶ *Excerptus*. pro Rab. 124 a, Hoc totidem verbis translatum caput est, quod fuit ante in lege Seruilia. de Leg. 182 a, Iam cætera translata ferè sunt de Solonis legibus. Attic. 252 b, Archetypus in Macrocolla translatus.

¶ *Delatus*. I. V. 216 b, Hoc translatum Carthaginem, locum tantum mutarat.

¶ *Commissus*. pro Mur. 124 b, a, Cum omnis potestas deorum immortalium, aut translata sit ad vos, aut certè communicata vobiscum.

TRANSMARINVS, *a, um*. *quod trans mare est, vel inde petitum*. I. A. 236 a, de Or. 155 a, Transmarina & aduentitia doctrina. cont. Rul. 82 a, Transmarina vectigalia. I. V. 244 b, Accersere res transmarias.

TRANSMISSIO, *onis*. *traiectio*. I. A. 254 a, Quod ab vrbe ea transmissio in Græciam laudabatur. Attic. 66 a, Navigationem meherelè valde timebam, recordans superioris tuæ transmissionis.

TRANSMITTO, *tis*. *traiecio*. de Natur. de. 51 a, Grues cum loca calidiora petentes, maria transmittunt, trianguli formam efficiunt. Attic. 125 b, Lentulum autè puto transmissurum, quàm potuerit conueniri. Qu. fr. 312 a, Aiebant te prima navigatione transmissurum. de Diuin. 119 b, Cæsar in Africam transmissit. pro Pomp. 10 a, Cum exercitus nostri Brundisio transmisserunt.

¶ *Posthabeo*. pro Pomp. 4 a, Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi.

¶ *Trado*. pro Pomp. 12 a, Quis dubitat, quin hoc tantum bellum Pompeio transmittendum sit?

¶ *Premisso*. Att. 255 a, Pectanum & Vibonensem, vtrunq; sinum pedibus & equis transmissimus.

† *Syntaxis*. *Transmittere flumen mare*. *Transmittere prima navigatione in Africam transmissit Cæs. Brundisio Cæs. transmissit.*

* **TRANSMITTOR**, *eris*. Att. 136 a, Nunc nihil potest nisi supero mari transmitti. Attica. 255 a, Duo sinus fuerunt, quos transmitti oportet.

TRANSNO, *as*. L. TRANO.

TRANSNUMERO, *as*. *enunero*. ad Heren. 39 b, Si hodie vis transnumerari.

TRANSPADANVS, *a, um*. Epistol. 29 a, Offic. 69. Atticar. 69, 73.

TRANSPORTO, *as*. *traiecio, transfero*. Attic. 112 b, De pueris in Græciam transportandis tum cogitabam. & 129 b, Vt copiarum nauibus Dyrrhachium transportarentur. I. P. 89 b, Macedonia, in quam tantum exercitum transportaras. * Att. 224 a, Quas legiones Annii transportauit.

TRANSTRVM, *i*. *remigium, sedes in nauis*. I. V. 263 a, Nullum vacuum transtrum fuisse.

TRANSYBERINVS, *populi*. Att. 194 a.

TRANSVECTIO, *nis*. Tusc. 150 a. *Num desoret: Transuectio Acherontis?*

TRANSVEHOR. *traiecio, transio*. de Fin. 136 b,

*Nam nemo hæc vnquam est transuectus carula cursu,
Quin prius astiteris vocum dulcedine captus.*

Ex Homero, de Sirenium canis.

TRANSVERBERO, *as*. *transfigo*. Epistol. 95 a, & Tusculan. 180 a, Cum præclara bestia venabulo transuerberabatur.

TRANSVERSVS, *a, um*. *obliquus*. (*rectus*. I. V. 228 a, Vna via lata perpetua, multæque transuersæ Syraculis. Atticar. 68 a, Nunc venio ad transuersum illum epistolæ tuæ versiculum. de Vniuer. 200 a, Orbium motio transuersa. de Orator. 155 a, Manlius transuerso ambulans foro. Atticar. 210 a, In omni vita sua quæque à recta conscientia transuersum vnguem non oportet discedere. Academ. 15 a, Ab hac mihi non licet transuersum, vt aiunt, digitum discedere. Attica. 240 a, & Acad. 30 b, Ecce autem de transuerso L. Cæsar, vt veniam ad se rogat. ad Her. 27 a, Ecce tibi è transuerso, &c. de Clar. 196 b, Cuius in adolescentia per medias lau-

dias laudes quasi quadrigis vehentem transversa incurrit misera fortuna reipub.
 † Syntaxis. *Transversa via, epistole, versiculus, orbium motio. Transverso foro deambulare. In quem ne quidem transversum aberrare, & digisum transversum. Ecce de transverso Cæs. Ecce tibi è transverso. Transversa ecce incurris fortuna.*
 TRANSVOLo, as. Epist. 163 b, Num etiam alpes poteram transvolare? *Pollionis. ad Her. 3 1 a, Oceanum Macedonum gloria transvolasset.*
 TRAPEZOPHOROS, *statua erat pro tripodè, ad mensam sustentendam. Epist. 106 a, Quod tibi destinâras trapezophoron, si te delectat, habebis.*
 TRASYMENVs, pro S. R. 33 a, Multos cæcos non ad Trasymentum lacum, sed ad Seruilium vidimus. de Cl. 169 b, C. Flaminius apud Trasymentum interfectus.
 TREBLANVS ager. Att. 69.
 TRECENTI, æ, a. de Fin. 85 a.
 TREDECIES H. S. I. V. a. ct. 5. L. TERDECIES.
 TREMEBUNDVS, a, um. *tremens. pro Dom. 240 b, & I. A. Is postem tremebunda manu retigit. ad Heren. 20 b, Tremebunda vox.*
 TREMEFACIO, cis. *concutio. de Diu. 84 a, Aut cum se gravido tremefecit corpore tellus. Poëtæ.*
 TREMEFACTVS, a, um. *concutissus. Offic. 37 b, Quamvis enim tremefacta sit libertas, tamen, &c.*
 * TREMENS, tis. I. P. 95 b, Cùm tu timidus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detractam cruentis fascibus lauream ad portam Esquilinam abiecasti. & 191 a, Horrentem, tremement, adulantem omnibus videre re volui. *Qu. frat. 322 b. Me trementi voce exulem appellavit.*
 TREMO, mis. *convremisco. Academ. 13 a, Qui tremunt & exalbescunt obiecta re terribili. Tuscul. 219 b, Tremere toto pectore. Quin. frat. 290 b, Tremo animo. de Orat. 135 a, Sapiens si algebis, tremes. I. P. 95 b, Timidus ac tremens. & 101 a, Horrens, tremens. Quint. fra. 322 b, Trementi voce. Orat. 205 a, Africa terribili tremis horrida terra tumultu. Ex Ennio. † Syntaxis. Animo tremere, toto pectore. Timidus è tremens. Horrens, tremens.*
 TREMOR, oris. *Tusculan. 213 a, Terrorem pallor & tremor, dentium crepitus consequitur. Pro Flac. 148 a, Tamen id quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore & pallore dixit? * Academ. 13 a, Qui distingueretur tremor ille & pallor?*
 TREMVLVS, a, um. *tremens, tremebundus. de Diu. 83 a, Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus. Poëtæ. ¶ Radiatus. de Nat. 47 b, Magni leu tremulam quatiens è corpore flammam. de Diuinat. 84 a, Vidi sti è clavo tremulos ardore cometas. ¶ Tremorem inducens. I. A. Tum fixum tremulo quatiens frigora corpus. Poëtæ.*
 TREPIDATIO, onis. *metus, commotio. pro Deiot. 147 b, Num quæ trepidatio? num qui tumultus?*
 TREPIDo, as. *metuo. de Orator. 158 b, At Romanus homo, &c. corde suo trepidat.*
 TRES. * *Tuscul. 212 a, Sic quatuor perturbationes sunt, tres constantiæ. Att. 167 a, Dormiit ad horas tres.*
 TRES tabernæ. Att. 7. 28, 29, 30.
 TRES viri. cont. Rul. 72.
 TREVIRI, *populi Gallie. Epist. 102 a, Tre viros vites censeo: audio capitales esse: malle auro, argento, ære essent. Iocus ex ambiguis: intelligit enim triumviratum Cæsaris, Pompeij & Crassi: qui tres viri, si ex auro, aut argento, aut ære flando, feriendo essent, nulli nocere possent.*
 TRIANGVLVS, li. de Nat. 51 a, Grues cùm maria transmittunt, trianguli formam efficiunt. & ibid. Basis trianguli, quam grues efficiunt.
 * TRIANGVLVS, a, um. de Diuin. 127 a, Ea triangula illi & quadrata nominant.
 TRIARIVS, rij. Att. 64 b. de Clar. 189 a.
 TRIBVARIVS, a, um. *ad tribus pertinens: nam à tribu dicitur. pro Planc. 268 b, In hoc sodalitorium tribuario crimine. 266 b, Tribuaria res.*
 TRIBVENDVS, a, um: & TRIBVENDVM. *credendum. de Diu. 138 b, Nihil proflus somnijs tribuendum est. ¶ Imponendum onus, habendus honor. de Amic. 110 a, 109 b, Tantum cuique tribuendum est, quantum ille quem diligas atque adiues, sustinere possit. * pro Corn. 62 b, Quo minus per populum Rom. beneficiorum virtutis causa tribuendorum potestatem imperatoribus nostris defera- mus? ibid. Legem populum Rom. iussisse de civitate tribuenda. ibid. Præmij tribuendi potestatem nullam habemus. ¶ Ascribendus, veiciendus in. pro Pomp. 5 b, Initia illa præclara non felicitati eius, sed virtuti: extrema autè hæc non*

culpæ, sed fortunæ tribuenda videntur.
 TRIBVLIS, lis. *curialis. Q. de Pet. 209 b, Qui apud tribuleis suos plurimum gratia possunt. Att. 17 a, C. Herennius tribulis tuus est in Vatin. * 36 b, Marci & Peligni tribules tui. pro Planc. 260 b, Tribules decuriare Epist. 225 a, Tribulis Lucius, & municeps, & familiaris meus. pro Sext. Roscio 15 b, Quali verò mihi difficile sit quamvis multos nominatim proferre vel tribuleis, vel vicinos meos, qui suos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas assiduos esse cupiunt.*
 TRIBVNAL, lis. *proprie iudicis sella, piteale. I. V. 127 b, Prætor de sella ac tribunali pronunciat, si quis, &c. de Orat. 98 b, Nobis in tribunali Q. Pompeij prætoris vrbani sedentibus. de Cl. 192 a, Hoc oratori contingat, vt cùm auditus sit cum dicturum, locus in subsellijs occupetur, compleatur tribunali, &c. in Vat. 33 a, Fecisti ante rostra pontem continuatis tribunalibus. * Postquam 200 b, Cùm homines in tribunali Aurelio palam conscribi centurarij; vidisset. pro Dom. 224 a, Cùm in tribunali Aurelio conscriberas palam non modò liberos, sed etiam seruos. pro Sest. 10 a, Ipsidem Coss. inspectantibus seruorum delectus habebatur pro tribunali Aurelio nomine collegiorum. I. P. 181 b, pro Aurelio tribunali delectus seruorum habebatur ab eo. Epistol. 36 b, Idque pro tribunali cùm aliquid ageretur, nonnullis in comitijs intelligi potuisse. & 37 a, Idque me arbitror Synadis pro tribunali multis verbis disputasse. † Syntaxis. De sella ac tribunali pronunciat prætor. In tribunali sedere. Complectur tribunal. Pro tribunali dicere.*
 TRIBVNATVS, tus. *magistratus Tribunorum plebis. pro Quin. 11 b, & Antequam. 197 a, de Orator. 87 a, Cotta qui tribunatum plebis petebat. pro Sest. 29 b, Fretus sanctitate tribunatus, Quin. frat. 316 b, M. Curio tribunatum ab Cæsare petiuit. 3 de Leg. 20. Tribunatus C. Gracchi quid iuris bonis viris reliquit? 7 Famil. 18. Tribunatus commoda, dempto labore militiæ, 3 de Leg. 33 a, Vitia quidem tribunatus præclare Quinte perspicis. Qu. frat. lib. 2, 165 a, Auferre tribunatum. de Amic. 39 a, De C. Gracchi autem tribunatu quid expectem, non licet augurari. 2. Offic. Perniciosè enim Philippus in tribunatu, cùm legem Agrariam ferret. * de Orat. 87 a, Drusi tribunatus pro Senatus auctoritate susceptus, infringi iam ac debilitari videretur. Epistol. 98 b, Huic neque tribunatum, neq; præfecturam, neq; vilius beneficii certum nomen peto, &c. quo ego minus etiam hinc cum ornes gloriosi insignibus. cont. Rul. 68 b, 69 a, Non enim natura, nec dissidio, neque odio penitus in sito bellum nescio quod habet susceptum consulatus cum tribunatu. pro Dom. 239 a, Ea iura constituisi in præclaro tribunatu tuo.*
 TRIBVNITIVS, a, um. *contra Rul. 194 b, & I. A. 157 a, Tribunitius furor. Att. 63 a & Qu. fr. 316 b, Tribunitij candidati. I. A. 253 a, Tribunitius vir post Red. in Senat. Tribunitius iustus. 2 de Leg. Agrar. Actio Tribunitia. pro Dom. sua, Tribunitia libido. 2 de orato. 120 a, Quum Tribunitia potestas esset constituta. 3 de Leg. Tribunitia potestas in seditione, & ad seditionem nata, cuius primus ortus inter arma ciuium, & obsessis & occupatis vrbis locis procreatus. ibidem. Tribunitia potestate plebi à patribus concessa, arma ceciderunt: restincta seditio est: inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarint: in quo vno iudicij ciuitatis salus. ibid. De Tribunitia potestate taceo. ibid. In Tribunitia potestate inest quiddam mali: sed bonum quod est quæsitum in ea, sine isto malo non haberemus. ibid. Tribunitium mucronem exacuit in nos. in Rull. Tribunitiæ leges. 2. Fami. Tribunitij terrores. 16 Fam. Qu. Ciceronis, Tribunitijs aut priuatis consilijs res est munienda. † Syntaxis. Tribunitius iustus. Exacuit Tribunitium mucronem.*
 TRIBVNVS, ni. *quasi ephorus, apud Romanos populi defensor & custos. Tribunus militum, magister militum. de Leg. 187 a, Vt Lacedæmone ephori regibus oppositi sunt. sic apud nos cõsulibus tribuni. pro Qu. 5 a, Appellantur tribuni: à quibus cùm esset certum auxilium petatum, tamen, &c. & 5 a, & 11 b, Non est iudicio defendere, cum auxilium à tribunis petas. & ibid. Ita tamè more & instituto, per eum magistratum, qui auxilij causa constitutus est. & 12 a, Quid, si M. Brutus intercessit? videturne intercessisse appellatio tribunorum, non more, sed auxilij causa? de Orato. 126 b, Tribuni ex templo pulsi, cùm incedere rogatione vellet. Att. 269 a, Nemo tribunus plebis, nemo alio magistratu autor exitit. pro Dom. 224 a, Hæc furiosa vis vrbani tribuni plebis. de Prou. 79 b, Si patritius tribunus plebis fuerit, contra leges sacratas fuisse. Q. fra. 311 b, Tribuni ærarij, (qui militibus pecuniam numerabant) condemnarunt. & 317 a, Qui vnà cum senatoribus & equitibus iudicabant. Epist. 243 b, Quinq; cohortes sine legato, sine tribuno mi-*

litum, denique etiam sine centurione vlllo apud Philome-
lum confederunt. *Qu. frat. 316 a.* Hoc autem est eius quo-
tidianum, se ne tribunum militum quidem facere. *pro*
Cluent. 38 a. Qui M. Aemilio, clarissimo viro, legati & pre-
fecti & tribuni militares fuerunt. de Senect. 83 a. Cùm tri-
bunus militaris depugnauit apud Thermopylas. de Ami.
113 b, *Lex C. Papyrij de tribun. pleb. faciendis.* *Epist. 170*
b. Cùm tribuni pleb. edixissent, senatus adesset ad xiiii.
calend. Ianuar. haberentque in animo de præsidio Coss.
designatorum referre. *Acad. 16 b.* Tantum enim te mo-
dò monuit, vt caueres, ne quis improbus tribunus plebis,
quorum vides quanta copia semper futura sit, arriperet
te, & inquireret, qui tibi constares: cum idem negares
quicquam certi posse reperiri, idem comperisse te dixis-
ses. * *pro C. Corn. 1.* Cùm is tribunus plebis duas leges tu-
lisset in eo magistratu. *pro M. Scav. Inquirenti tribuno*
plebis ibid. Vexatus à tribuno plebis. *cont. Rull. 68 b.* In-
eunt tandem magistratum tribuni plebis. *Concio tãdem*
expectata P. Rullii: quod & princeps erat agrariæ legis, &
truculentius se gerebat quàm cæteri. Iam designatus alio
vultu, alio vocis sono, alio in cessu esse meditabatur: ve-
stiti obsoleiore, corpore inculto, & horrido: capillator
quàm ante, barbaque maiore: vt oculis & aspectu denun-
ciare omnibus vim tribunitiam, & minitari Reipub. videretur.
Legem hominis concionemque expectabam. *Lex*
initidò nulla proponitur: concionem inprimis aduocari
iubet, Explicat orationem sanè longam, & verbis valdè
bonis ibid. Quid diceret. Hoc ille vtum insidiarum causa
fecerit, an hoc genere eloquentiæ delectetur, nescio. *ibid.*
De lege agraria nescio quid voluisset cum dicere suspica-
bantur, *contra Rull. 69 a.* Per sæpe seditiosis atque impro-
bis tribunis plebis boni & fortes consules obstiterunt. *ibi-*
dem. Per tribunum plebis, quem maiores præsidem liber-
tatis custodemque esse voluerunt, reges in ciuitate consti-
tuti. *ibidem.* Lubet lex, tribunum pleb. qui eam legem
tulit, creare Decemuiros per tribus septendecim. *contra*
Rull. 69 b. *Quæro à populari tribuno pleb. ibidem.* Hoc
tribuno pleb. potissimum venit in mentem, populam Ro-
manum vniuersum priuare suffragijs: pauca tribus non
certa conditione iuris, sed sortis beneficio fortuito ad vsur-
pandam libertatem vocare. *ibidem.* Ne hoc quidem vi-
dit. *ibidem.* Hoc idem de cæteris sacerdotijs Cn. Domi-
tius tribunus pleb. vir clarissimus tulit. *ibidem.* Videte
quid intersit inter Cn. Domitium tribunum pleb. homi-
nem nobilissimum, & P. Rullum, qui tentauit, vt opinor,
patiētiam vestram, cum se nobilem esse diceret. *pro Dom.*
236 b. Non collegium pontificū affuisse? Præsertim cum
tribunus pl. vel denuntiare potueris, vel etiam cogere? Es-
to collegium non adhibuisti, & c. Posuerat auctoritatem in
vno. *pro Dom. 227 a.* Est inuentus tribunus pleb. qui con-
sularibus copijs instructus, omni impetu furoris in eum
ciuem irruerit. & b. *Quid?* vt tribunus pleb. idem esse non
potest pontifex? *pro Dom. 238 a.* Si tribus pl. verbis non
minus pnceis & penè solennibus bona cuius cuiuspiã con-
secrarit. *ibidem.* Vidimus hoc idem Cn. Lentulo Censori
tribunum pleb. facere. Nusquid igitur is bona Lentuli re-
ligioni obligauit? Sed quid ego cæteros? Tu, tu inquam,
capite velato, concione aduocata, foculo posito, bona tui
Gabinij, cui regna omnia Syrorum, Arabum, Perifarumq;
donaras, cōsecrasti. *de Leg. 185 b.* Plebes quos pro se con-
trà vim auxilij ergo decem creassit, tribuni eius sunt:
quodque ij prohibessint, quodque plebem rogassint, ra-
tum esto: sanctique sunt: neve plebem orbam tribunis
relinquunt. *Attic. 10 b.* Vt legem de religione Fufius tri-
bunus pleb. ferret. *Att. 11 a.* Tribuni non tam ærati, quàm
vt appellantur, ærarij. *Q. frat. 311 b.* Racilius vnus est hoc
tempore tribunus plebis. & 317 a, Drusus erat de præua-
ricatione à tribunis ærarijs absolutus, in summa quatuor
sententijs.

TRIBVO, is. do. præsto, impertio. *Offic. 4. a.* Hominum societa-
tem tueri, & suum cuiq; tribuere. item: O' dij immorta-
les, vobis enim tribuam, quæ vestra sunt: nec verò possum
meo tantum ingenio dare, vt, & c. *Attic. 246 b.* Vt ergo in
eiusmodi re tribues nobis paulum operæ. *Offic. 10 a.* Pri-
mum illud est in officio, vt ei plurimum tribuamus, à quo
plurimum diligimur. & 33 b. Cùm philosophiæ multum
discendi causa temporis tribuissim. *de Orator. 151 a.* Sed
plus operæ foro tribuebat, amicis, rei familiari. *de Amic.*
98 a. Qui maiores mortuis tam religiofa iura tribuerunt. *pro*
Mil. 119 b. Tribuere misericordiam alicui, *Epistol. 55 b.* &
Offic. 12 b. Tribuere officium alicui. *de Orator. 89 a.* Tam-
en huic ipsi multa tribuit & concedat necesse est. *de Cla.*
192 a. Tribuere sapientiam eis, qui eam sibi arrogant. *Qu.*
frat. 198 a. Tribuere humanitatem alicui. *de Orator. 112 b.*
Cui primum hunc honorem tributum puto. *Epistol. 69 a.*
Tribuere præconium alicui. *de Natur. deor. 1 b.* Tribuere

pietatem, sanctitatem, & religionem numini deorum. *pro*
Cæl. 42 a. Tribuere silentium orationi alicuius. *pro Corn.*
62 b. Tribuere beneficium, tribuere præmium, tribuere ci-
uitatem. *de Somn. 131 a.* Quis animis hanc naturam esse
tributam neget? *Quin. frat. 327 b.* Pompeius Miloni nihil
tribuit, omnia Guitæ. *Orat. 202 a.* & *de Cl. 172 a.* Vt non
sine causa Demosthenes tribuerit primas & secundas &
tertias actioni. *de Clar. 169 b.* Tribuere suauiloquentiam
alicui. * *de Orato. 150 b.* Me, & c. tantum tribuisse doctri-
næ temporis. *Epistol. 181 b.* In reliquis officijs cui tu tri-
buisti, excepto Cæsare, præter me vt domum ventitares,
Epistol. 229 a. Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus,
sed plerunque necessarijs in hoc tempore.

* *Defero, habeo honorem, optime volo.* *de Clar. 181 b.* Ille mihi,
benevolentia credo ductus, tribuebat omnia. *Attic. 54 b.*
& *de Fin. 79 a.* Pater eius, cui semper vni tribui plurimum.
Epistol. 113 b. Si ei tantum tribueris, quantum cui tribuisti
plurimum. *Epistol. 207 a.* Cùm vniuerso ordini publicano-
rum multum semper libentissimè tribuerim. *Offic. 16 a.* Pom-
peius hoc mihi tribuit, vt diceret se frustra, & c. *Epistol. 46 a.*
Tantum tibi tribuo, quantum mihi arrogo. *de Amic. 97 b.*
Tu autem quòd tantum mihi tribuis, quantum ego nec
agnosco, nec postulo, facis amice. *Offic. 21 b.* Qui aliquid
tribuunt voluptati.

* *Diuido.* *de Clar. 178 a.* & *Orat. 198 a.* Tribuere rem vni-
uersam in partes.

TRIBVOR, ris. adhibeor. *pro Syl. 168 b.* & *de Diuin. 81 a.* Nec
testimonio fidem tribui conuenit, nec defensionis auto-
ritatem.

* *Ascribor.* *Epistol. 27 a.* Quod illi tribuebatur ignauitiæ, de
nobis id existimari posse non arbitror.

* *Diuidor, dis tribuor.* *Orator. b.* Quæ sint eius generis siue
formæ, siue partes, vt in eas tribuatur omnis oratio.

TRIBVITVR. affurgitur. *de Sen. 90 b.* Nusquam tantum tri-
buatur ætati.

TRIBVS, bus. à tribuendo, hoc est, distribuendo appellata. *de Leg.*
185 a. Populi partes in tribus distribuunt. *Tribuum alie*
rustica, alie vrbane Rusticæ tribus laudatissime eorum qui rura
habent: Urbane verò, ignominia etiam, desidia, probro. Itaque
quatuor sole erant à partibus vrbis, Suburbana, Palatina, Collina,
Æquulina. Plin. lib. 18. cap. 3. Alie atq; alie initio vrbis Tribus
fuerunt, sed Ciceronis aetate triginta quinq;. *I. V. 78 b.* Credent
omnes v & xxx Tribus homini grauissimo. *in Rull. 69*
b. Quæro à populari Tribuno plebis ecquando nisi per
xxxv Tribus creati sint, scilicet Tribuni pleb. *I. A. 207 b.*
Num quisquam est vestrum, qui tribum non habeat? cer-
tè nemo, atqui illum quinq; & triginta Tribus patronum
adoptarunt. *In libris autem Ciceronis quæ extant, nominatæ tan-
tùm xv 111 leguntur.* *pro Plan. 267 a, b.* Terentina, Volti-
nia, LEMONIA, Veientina, CRUSTUMINA. eadem 270 a, Ani-
ensis. *in Rul. 81 b.* Romilia, Ottriculana, Narniensis. ead-
dem, 85 b, Pupinia. *pro Sest. 25 a.* Palatina. *in Vat. 36 b.*
Sergia. *Attic. 30 b.* Aemilia. & 63 a, Pontina siue Pompti-
na, Metia, Velina. *Epist. 117 b.* Quirina, Popilia *Relique tri-*
bis apud alios auctores sunt, Cornelia, Claudia, Collina, Elquitina,
Falerina, Fabia, Galeria, V'fentina, Papyria, Pollia, Publicia, siue
Publicia, Suburbana, Scapita, Stellatina, Sabatina, Tromentina,
Vesuvia. Sunt tamen qui putent, Romiliam & Quirinam, eandem
esse: itemque, Sabatinam & Fabiam: atque in earum locum repo-
nant Pontinam & Athesinam: Vide Alexandri Geniales. Iam lo-
quendi modos subiiciemus. *pro Muræ. 134 a.* Multas sibi tri-
bus, quæ ex municipijs Vmbriæ conficiuntur, adiunxit. *pro*
Cluent. 42 b. In ærarijs referri, ac tribu moueri. *de Orator.*
134 a. Censor Centurionem quendam notatum, Tribu
mouit. *I. A. 161 a.* Aut tum cùm es factus Augur, vnam Tri-
bun sine Decurione ferre potuisset. & 234 a, Africanus
duas tantum Tribus tulit. *Attic. 13 a.* Quinomos in Tri-
bu pronunciauerit, si non dederit, impune sit. *I. V. 70 b.* Di-
uifores omnium tribuum. *Illud quoque nosandum proprium*
Tribus nomen sine adiectione vsurpari aufferendi casu. *I. V. 70 b.*
Inuentum tamen esse fortem amicum ex eadem familia
Q. Verrem Romilia, & Philipp nona, Sulpicij LEMONIA,
& *Epistol. 117 b.* C. Septimij T. F. Quirina. *subaudi Tribus.*
pro Cornel. 60 b. Certa Tribu, certo numero esse. *pro C.*
Cornel. 1. Nec criminosis, tribus ad legem accipiendam,
quàm ad Collegam reddendum priuatam introuocare.
* *de Orator. 88 a.* Is non accurata quadam orationis
copia, sed nutu atque verbo, libertinos in vrbanas tri-
bus transfudit. *contra Rull. 69 a, b.* Lubes caput legis tribu-
num plebis, qui eam legem tulit, creare Decemuiros
per tribus septendecim: vt quem nouem tribus fecerint,
is Decemuir sit. *ibidem.* Pauca tribus non certa condi-
tione iuris, sed sortis beneficio fortuito ad vsurpandam
libertatem vocare. & 70 a, Sortitur tribus idem Rullus
homo felix: educet quas volet tribus: quos nouem tri-
bus Decemuiros fecerint, ab eodem Rullo educet. *ibid.*
Aliquid

Aliquid se nouem tribunum notis hominibus debere confitebuntur: reliquis verò sex & viginti tribubus nihil erit, quod non putent posse suo iure denegare. contra Rul. 81 b, Ordo tribuum negligatur. contra Rul. 81 b, Respondit à Romilia tribu se initium esse facturum. pro Planc. 266 b, Non intelligo quamobrem fenatus hoc vno in genere tribus edi voluerit ab accusatore: neque eandem editionem transfulerit in ceteras causas. ibidem. Cuiuscunque tribus largitor esset. ibidem. Quam quisque tribum turpi largitione corrumpere: eum maximè his hominibus, qui eius tribus essent, esse notum. Ita putauit Senatus, cum reo tribus ederentur hæ, quas is largitione deuinctas haberet. pro Planc. 268 a, Si vel sua, vel ea, quæ maximè esset cuique coniuncta, tribus ederetur. ibidem. Quas tribus edidisti? Terentinam credo. ibidem. Cuius tribus venditorem & corruptorem & sequestrem Plancium fuisse clamitas, eam tribum profecto, seuerissimum præfessit hominum & grauissimum, edere debuisti. At Voltiniam: libet enim tibi nescio quid etiam de illa tribu criminari: hanc igitur ipsam cur non edidisti? Quid Plancio cum Lemonia? quid cum Veientina? quid cum Crustumina? Nam tertiam etiam, quæ non iudicaret, sed quæ reijceretur, esse voluisti? ibidem. Dubitatis quin eas tribus, in quibus magnas necessitudines habuit Plancius, cum ille non ediderit, iudicari officiis ab hoc obseruatis, non largitione? pro Planc. 267 b, Vt huic & suam tribum, & ab hoc seruatas ederet. ibidem. Voltinia tribus ab hoc corrupta. Terentinam habuerat venalem. ibidem. Si reus tribus ederet, Voltiniam fortasse Plancius propter viciniam ac necessitudinem suam non edidisset? pro Planc. 270 a, Cum tribus plerasque cum Plotio tulerit Plancius. ibidem. Et ais, prioribus comitijs Aniensem à Plotio, Terentinam à Plancio tibi esse concessam: nunc ab utroque eas auulsas, ne in angustum venirent. & b, Iacturam suarum tribuum fecisse. ibidem. Plures te testes habere de Voltinia, quam quot in ea tribu puncta tuleris. pro Sest. 25 a, Tribum suam non tulit: Palatinam denique, per quam omnes illæ pestes vexare populum Romanum dicebantur, perdidit. in Vatin. 36 b, Nec post Romam conditam præter te tribulem quandam tribum Sergiam perdidisse. de Leg. 185 a, Censores, &c. populi partes in tribus deferunt. (*al. distribunt*) & 193 a, Descriptus populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad suffragium auxilij, quam fusè in tribus conuocatus. Atticar. 30 b, At quam comparem basilicæ, nisi tribum Aemiliam? & 63 a, Tribus habet Pontinam, Veliam, Meriam.

TRIBUTARIUS, a, um. *stipendarius, vestigialis*. I. V. 234 a, Tabellæ non commendatiuæ, sed tributariæ. & ibidem, Tributariæ literæ.

TRIBUTIM, *per singulas tribus*. pro Muræ. 140 a, Si gladiatoribus vulgò locus tributum esset datus. & 141 a, Spectacula tributim sunt data. pro Flacc. 148 a, Tributim & centuriatim descriptis ordinibus. Attic. 64 b, Scæurus populo tributum domi suæ satisfecerat.

TRIBUTIO, onis. *distributio*. de Natur. 12 a, Eam esse naturam, vt omnia omnibus, paribus paria respondeant: hanc *ισοουσιαν* appellat Epicurus: id est, æquabilem distributionem.

TRIBUTVM, ti. *omne id appellatur, quod à subditis domino, Regi, Reipubl. tribuitur & penditur*. I. V. 135 a, Siculi ex censu quorannis tributa conferunt. & 169 a, Imacharenses tributum ferre coëgisti. pro Flacc. 150 a, Duæ rationes pecuniæ conficiendæ: aut versura, aut tributo. & 155 b, Mensa publica numerat aut ex vestigali, aut ex tributo. Epistol. 35 a, Cum ad me aditum esset ab iis, qui dicerent à se intolerabilia tributa exigi. ad Brut. 289 a, b, Tributum, &c. centesima collatum, impendentij censu locupletum. I. A. 178 a, Pecunia, quæ nos à tributis possit vindicare. Epistol. 201 a, Vt optumè meritis militibus promissa soluantur: quod fieri sine tributo posse non arbitror. Atticar. 84 b, & 85 a, Ei tamen si nunc soluitur, tricesimo quoque die talenta Attica triginta: & hoc ex tributis. Quint. fratr. 294 b, Sumptus & tributa ciuitatum tolerari æqualiter. Officior. 48 b, Danda est opera, ne tributum sit conferendum. & 49 a, Vnius imperatoris præda finem attulit tributorum. * I. V. 169 a, SC. de tributo conferendo. pro Flacc. 150 a, Nectributi confectio vlla recitatur. Atticar. 289 a, Obdurescunt magis quotidie boni viri ad vocem tributi, quod ex centesima collatum impudenti censu locupletum in duarum legionum præmijs omne consumitur.

TRIBUTVS, a, um. *atributus*. de Orat. 156 a. Plus enim aliquanto attulisti, quam tibi esset tributum à nobis ac de-

nunciatum. Offic. lib. 1, Generi animantium omni à natura tributum est, vt se, vitam, corpusq; tuatur, &c. Offic. 21 b, Altera quæ propriè singulis est tributa.

¶ *Diuisus*. de Fin. 67 b, Omnem vim loquendi, in duas tributam esse partes.

¶ *Tributa comitia, quæ ex omnibus tribubus constabant*. de Leg. 183 a.

TRICAE, earum. *impedimenta*. Epi. 115 a, Vt plus biennium in his tricis moretur. Attic. 161, Ferre domesticas tricis.

TRICALINVM, ni. *locus in Sicilia*. I. V. 237 a.

TRICENVS, a, um. ad Her. 22 a, Paulò plus aut minus pedum tricenum.

TRICEPS, tis. Orat. 212 a, Tricipitem, non tricapitem dicimus. Tusc. 150 a, Triceps apud inferos Cerberus. & Orat. 212 b.

TRICESIMVS, a, um. Offic. 38 b, Tricesimo anno post. Epistol. 283 b, Tricesimo post die. Atticar. 84 b, Tricesimo quoque die.

TRICIES. I. V. 95, Ad tricies H. S.

TRICLINIVM, nij. *à tribus lectis sternendis dictum, conclauis, canaculum*. pro Muræ. 124 a, Atque ille rogatus, vt triclinium sterneret, stravit pelliculis hædinis lectulos punicanos. I. V. 170 b, Imperauit, vt in foro sibi medio lecti sternerentur. & 145 b, Quinquaginta tricliniorum lecti. de Orator. 133 a, Quando tandem Galba de triclinio tuo exhibis? cum tu, inquit, de cubiculo alieno. Atticar. 221 b, Vt vix triclinium, vbi coenaturus ipse Cæsar esset, vacaret. Atticar. 222 a, Tribus triclinijs accepti *οἱ πρὸς αὐτῶν* valde copiosè. * I. V. 160 b, Cum Apronius è palestra redisset, & in triclinio, quod in foro Aenæ strauerat, decubisset.

TRICOR, aris. *nugor, megar ago*. Atticar. 244 b, Brutus Vedemum accusat: tricatur scilicet. & 234 b, Publius tecum tricatus est.

TRIDVVM, dui. pro Milon. 106 b, Clodius respondit, illum triduo, ad summum quadriduo esse periturum. de Leg. lib. 2, Cotta censet habendas triduum ferias.

TRIENNIVM, nij. Epistol. lib. 15, Biennium aut triennium est, quum virtuti nuncium remisisti. Quint. fr. lib. 1, Cum imperio fuisse in Asia triennium. I. V. act. 4, Triennium prouinciam obtinere. Academ. lib. 4, Triennio tardius. * de Clarif. 179 a, Triennio ipso minus quam Antonius.

TRIENS, tis. *assis pars sexta*. Atticar. 106 b, Dolabellam video Liuix testamento, cum duobus cohæredibus esse in triente. & ibid. Cum sciemus, quantum sit in trientis triente. ad Heren. 4 b, Lex frumentaria de semissibus & trientibus.

TRIERARCHVS. *trieris, triremis nauis præfectus*. I. V. 86 b, * Sese cum esset trierarchus, & Verrem ex Asia decedentem prosequeretur.

TRIERERIS, dis. *trium annorum spatium*. de Nat. deor. 71 a, Trieterides à Dionysio quinto constitutæ putantur.

TRIGESIMVS, a, um. de Sen. 80 b, & pro Flac. 150 b, Cuius à morte iam tertius & trigessimus est annus.

TRIGINTA. pro Clu. 33 a, In consilium erant ituri iudices triginta & duo: sententijs decem & sex absolutio confici poterat.

* **TRINYMVS**, i. Plauti comædia. de Orat. 112 a, Vt ait ille in Trinummo.

TRINVNDINVM, ni. *ternæ mundinæ, trinum mundinum*. in Anton. 195 b, Vbi promulgatio trinundinum. Epistol. 261 a, Neque se iam velle absente se rationem haberi sui, se præsentem trinundinum petiturum. item: Lex non iure lata dicebatur, nisi trinundino antè esset promulgata. pro Dom. sua, Trinundinum accusatio. pro C. Cornel. Ex promulgatione trinundinum dies ad ferendum potestasque venisset.

TRINVS, a, um. I. P. 100 a, Nulla trinis æstiuis gratulatio. Att. 58 b, Casu enim trinis acceperam & 181 a, Tullia mea venit ad me, mihiq; literas reddidit trinas.

TRIONES, num. *boves*. de Nat. 47 a,

Quas nostri septem soliti vocitare triones.

TRIPARTITÒ. *adverbium*. ad Her. 30. Top. 25, & Tusc. 5.

TRIPARTITVS. vel **TRIPERTITVS**. ad Her. 11 b, Argumentatio breuissima est tripartita. de Inu. 43 b, Oratoris ars tripartita. I. V. act. 5, Tripartita causa. Acad. lib. 1, Tripartita bonorum ratio. & pro Sest. 23, * Orator. 203 a, Tripartita varietas.

* **TRIPERTITVS**. L. **TRIPARTITVS**.

TRIPLEX, cis. Tusculan. 152 b, Plato triplicem finxit animam. Academ. libro primo, Ratio triplex philosophandi. Atticar. lib. 13, Remittere triplices literas. *id est, tribus respondens*.

TRIPLICITER. ad Her. 37 a, Cõmutabimus tripliciter rem.

TRIPLVS, a, um. de Vniu. 199 a, Deinde instituit dupla & tripla interualla explere.

TRIPTOLEMVS, mi. ad Her. 25 b,

TRIPVDIAN, tis pro Sest. Sed illum totiam in funeribus Reipub. exultantem, ac tripudiantem, legum, si posset, laqueis confringeret.

TRIPVDIVM, dij. de Diuinat. 123 b, Sed quia cum pulli pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripauim primò, post terripudiū dictum est: hoc quidem iam tripudium dicitur. cum igitur offa iam cecidit ex ore pulli, tum auspicianti tripudium solistimū nunciant. & 112 b, Etiam si tripudium solistimum pulli fecissent. & 85 a, Hoc quoq; quod dixi, coactum tripudiū solistimum dicitis. & ibidem, Tripudium fieri, si ex offa quid in solum caderet. de Nat. 27 b, Cum C. Flaminius tripudio auspicaretur, pullarius diem prælij committendi differebat, quòd pulli non pascerentur. * Epist. 83 b, Nec ex tripudijs solistimis aut soniuis tibi auguror.

TRIPVS, odis. *infrumentum tribus pedibus constans, quo mensæ sustinerentur.* de Natur. 67 b, Hercules, quem concertasse cum Apolline de tripode accepimus.

TRIREMIS, mis. *nauis tres remorum ordines habens.* in Verr. 244 b, Nauem maximam triremis instar ædificauit.

TRIS, pro TRES, in accusatiuo. Acad. lib. 4.

TRISTICVLVS, a, um. de Diu. 101 a, Paulus filiolum suam animaduertit tristiculam.

TRISTIFICVS, a, um. de Diu. 82 b,

Tristificas certant Neptuno reddere voces. & 84 b,

Voces tristificas chartis promebat Hæruiscis. Poëtæ.

TRISTIS, ste. *mæstus, moerens, dirus.* (.remissus, hilaris, bono animo. I. V. 206 b, Is tristis & conturbatus domum redijt, de Diuin. 93 a, Qui cum te tristem vidisset, bono animo esse iussit, pro Cæl. 40 a, Cum tristibus seuerè, cum remissis iucundè &c. viuere pro Mur. 134 b, Vidēsne illum tristem, demissum iacet, diffidit, &c. de Orat. 235 b, Seuerus ac tristis vultus. de Clar. 174 b, Triste ac seuerum genus dicendi. Attic. 116 b, Cum dedissem ad te literas tristes, & metuo ne veras. de Diuinat. 115 b, Cum tristissima exta sine capite fuerint, quibus nihil dirius videtur esse. & 100 b, Quod auspiciis tristissimum visum est. I. P. 86 a, Omnibus tristissimis aliquid exeuntem persequi. de Finib. 89 b, Maiores nostri ærumnas tristissimo verbo nominauerunt. a Brut. 90 b, Tristes de Bruto nuncij afferbantur. de Prou. 78 a, Medium illud tristissimum tempus, &c. pro Muræn. 134 a, Quid sua fors? tristis, atrox, &c. pro Quint. 10 b, Quintius natura tristi ac recondita fuit. Epist. 23 a, Tristia tempora. (.secunda tempora. & 57 b, Tuorumq; tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conferuabo.

† Syntaxis. *Tristis & conturbatus. Tristis.* (.remissus. Tristis, demissus. Omne tristi persequi aliquid.

TRISTIVS, Epistol. 57 a, Quo facilius quibus est iracundior, respondere tristius posset. de Senectut. 91 a, Adolescentes grauius ægrotant, tristius curantur. id est, diffidulus.

TRISTITIA, tiæ. *seueritas.* (.lætitia, hilaritas. Att. 200 a, Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisit. 128 a, Tristitiam illorum temporum non subijstem. de Amic. 108 b, Tristitia autem, & in omni re seueritas absit. de Clarif. 173 a, Homo ipsa tristitia & seueritate popularis. de Orator. 115 a, Iudex tum ad tristitiam, tum ad lætitiā est contorquendus. de Natur. de. 46 b, Recessus solis, quasi tristitia quadam contrahit terram. de Orator. 87 a, Vt cum lauti accubuissem, tolleretur omnis illa superioris tristitia sermonis. Epist. 70 b, Lacrymis & tristitiæ te tradidisti. de Orator. 130 b, Tristitiam & seueritatem mitigare & relaxare. Offic. 8 b, Lenitate verbi tristitiam rei mitigante. Postquā. 207 a, Cum eum præter simulatam versutamque tristitiam nulla res commendaret. * de Orator. 140 a, Nihil tam facile, quam multitudo à tristitia & sæpe acerbitate commodè ac breuiter, & acutè & hilarè dicto deducitur. de Natur. de. 123 b, Quam illorum tristitiam atque acerbitatem fugiens Panætius. Epistol. 38 b, Si de tua proluxa beneficaque natura limauit aliquid posterior annus propter quandam tristitiam temporum.

† Syntaxis. *Temporum tristitiam subire. Tristitia & seueritate popularis. Indicem ad tristitiam conuoluerit. Tristitia & acerbitas.*

TRITIA, vel TRITTIA, oppidum. Att. 90 a.

TRITICVM, ci. *frumentum.* de Diuin. 96 b, Midæ dormienti formicæ tritici grana in os congesserunt. * I. V. 186 a, Huic iste annos singulos cum sexaginta tritici millia modium imperauisset, pro tritico numos abstulit. de Diuinat. 122 a, Vtilla tritici grana in os pueri Midæ congesta. Offic. 62 b, Tritici vilitas. Epistol. 189 b, Cassij. Teruis tetradrachmis triticum penes Dolobellam est: nisi quid nauibus Laodiceorum supportarēt, citò fame pereat necesse est.

TRITON, onis, *monstrum ex homine & pisce conflatum.* de Na-

tur. deor. 16 b, Qualis ille maritimus Triton pingitur, nautantibus inuehens belluis adiunctis humano corpori. Attic. 28 a, Sed ne de istis quidem piscinarum Tritonibus poterit se iactare. *de hominibus quibusdam hoc dicitur.*

TRITONIA armipotens, &c. id est, Pallas. Antequam. 196 b.

TRITVS, a, um. *decantatus, contritus, peruagatus, contemptus.* de Clarif. 191 a, Via laudis, quam maiores eius ei tritam reliquerunt. I. A. 154 a, Iter illud quod tritum in Græciam est. Academ. 44, Verbum vsitatum ac tritum. Offic. 7 b, & 67 b, Tritum sermone vel vetustate prouerbium. de Diuinitat. 110 b, Sic Sorites satis Latino sermone tritus est. pro Flacc. 160 a, Quid potè in Græco sermone tam tritum ac celebratum est? quàm si quis, &c. item: Res trita, communis, & peruagata. Epistol. 135 b, Habere aures tritas, notandis generibus poetarum. de Cl. 175 b, Tritæ nostrorum hominum aures, & erudita ciuitas. * Orator. 197 b, Quod inusitatas vias indagemus, tritas relinquamus.

† Syntaxis. *Vias tritas relinquere. Iter in Italiam tritum. Verba vsitata ac trita. Tritum vetustate ac sermone prouerbium. Tritum, commune, & peruagatum. Tritas habere aures.*

TRITVS, tus. de Natur. 31 a, Lapidum conflictu atq; tritu ignis elicitur.

TRITIVM, uij. *area in vrbe, siue spaciū, quod se findit in tres vias, aut ubi tres viæ concurrunt.* cont. Rul. 62 a, In trituis aut in compitis auctionari. pro Mur. 126 b, & de Diuin. 106 a, Arripere maledictum ex trituo.

TRIVMPHALIS, le. I. P. 89 b, Prouincia, quæ fuerit ex omnibus vna maximè triumphalis. in Syl. 275 a, Bis triumphalem fieri. I. P. 91 a, Porta triumphalis. & 92 b, Vehicula triumphalia.

TRIVMPHO, as. *triumphum ago.* Apud Romanos diceremus, Capitolium curru inuehor, in Capitolio cum insigni illa laurea inuehor pro Muræn. 126 b, Sedere in equis triumphantium prætextati potissimum filij solent. & ibidem, Vt rebus communiter gestis penè simul cum patre triumpharet, & 127 b, Pater amplissimè atque honestissimè ex prætura triumphauit. pro Planc. 272 a, Ijs commissi sunt magistratus, in quibus re bene gesta triumpharent. pro Pomp. 15 b, Quid tam inauditum, quàm equitem Romanum triumphare? at Pompeius triumphauit. Epistol. 24 b, Spes triumphis, in qua satis gloriosè triumpharem. pro Cluent. 20 b, Palam exultare lætitia, & triumphare gaudio. Att. 162 a, Meum factum abs te laudari triumpho & gaudeo. Lætari, exultare, triumphare. I. V. 260 a, Lætari tu in omnium gemitu, & triumphas. Attic. 11 a, Plus accusatori dabatur, quàm postulabat, triumphabat. I. C. 104 b, Hoc ipsum in quo exultat & triumphat oratio mea. I. A. 234 a, Africanus de Numantinis triumphauit. & 217 b, Ex transalpinis gentibus triumpharunt. Attic. 99 b, Cæsar triumphat de sententia Catonis. pro Flacc. 152 b, A cinas pugil Olympionices, hoc est apud Græcos propè maius, & gloriosius, quàm Romæ triumphasse.

TRIVMPHATVR, Offic. 38 a, Vidimus ex ea vire triumphari, sine qua nunquam imperatores nostri ex transalpinis bellis triumpharunt.

† Syntaxis. *Ex prætura triumphare. Triumphare in magistratu. In spe triumphis triumphare. Gaudio triumphare. Exultare lætitia, & triumphare gaudio. Hoc te laudare triumpho, & gaudeo. Oratio in hac re exultat & triumphat. Triumphare de, & ex hostibus. Triumphatur ex oppido.*

TRIVMPHVS, phi. *corona laurea, laurus, victoris ducis aut imperatoris Pompa.* pro Cornel. 36 b, Qui tot habuit triumphos, quot ora sunt terrarum. de Somn. 127 a, Cum triumphum egeris. I. V. 256 a, Agere triumphum de aliqua re Epistol. 40 a, Ages victor ex inimicorum dolore triumphum. Officior. 16 a, Pompeius dixit, frustra se tertium triumphum depotaturum fuisse, nisi, &c. pro Muræn. 131 b, Derideatur de rege Pyrrho triumphus M. Curij. Epistol. 66 a, Quasi verò non iustissimè triumphis in Dalmatia res gesserim. I. V. 249 b, Viuum tu illum seruabas, quem per triumphum credo, quem ante currum tuum duceres. & 251 b, Ducere captiuos per triumphum. in Vatin. 36 b, Omnes ita te oderunt, vt repulsam tuā triumphum suum duxerint ad Heren. 40 b, Vrbs trophæis ornata, triumphis ditata Epistol. 247 b, Si triumphis prærogatiuam putas supplicationem. in Pis. 92 a, Quid est, quòd confectio formidulosissimo bello, coronam illam lauream tibi tantopere decerni volueris à senatu? I. A. 260 b, Is demum, est, mea sententia, iustus triumphus ac verus, cum bene de republ. meritis testimonium à consensu ciuitatis datur. in Pis. 92 b, Differes de triumpho: quid tandem habet iste curus? quid vincti ante currum duces? quid simulacra oppidorum? quid argentum? quid aurum? quid legati in equis, & tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa

pompa? quid vehi per urbem? &c. * de Prouinc. 74 b, Decus illud & ornamentum triumphi minuendum nostra parsimonia non putauit. & 75 a, Eum ad triumphum deuocant. de Clarif. 188 a, Hanc gloriam testimoniūque Caesaris tuæ quidem supplicationi non, sed triumphis multorum antepono. ibidem. Ex quibus *Castellis* multi sunt triumphi. ibidem. Malim mihi L. Crassi vnam pro M. Curio dictionem, quam Castellanos triumphos duos. de Prouinc. 69 b, Quæ Macedonia multis victorijs erat iamdiu triumphisque pacata. Epistol. 260 b, Nobis inter has turbas Senatus tamen sequeus flagitauit triumphum. Atticar. 99 a, De triumpho nos moliri aliquid, extra urbem esse cum iustissima causa. ibidem. De iure triumpho *cogitabis*, quem video, nisi Recipubl. tempora impedirent, *ἀπὸ τῶν ἄλλων*, Atticar. 99 b, Si omnes decreuissent triumphos. ibidem. Scripsi etiam ad ipsum, me quicquid possem numerorum ad apparatus sperati triumphi ad te redacturum. Q. frat. 322 b, Triumphum se postulare dixisset.

† Syntaxis. *Triumphum habere, agere, deportare, de, ex. Per triumphum aliquem ducere.*

* TRIUMVIR, i, Orator. 211 b, Planè duorumuirorum iudicium, aut triumuirorum capitalium, &c. dico nunquam. ibidem. Sed alijs ita loquor vt concessum est, &c. alijs vt necesse est, cum triumuirum, non triumuirorum, cum festertium nummum, non nummorum: quòd in his consuetudo varia non est. contra Rull. 69 b, Toties legibus agrarijs curatores constituti sunt Triumuii, Quinquicuri, Decemuii. Quæro à populari tribuno plebis, ecquando nisi per xxxv. tribus creati sint? & 72 b, Tres viros illos xxxv. tribuum suffragio esse creatos.

TRIVMIRATVS, tus, *triumuirorum mensura*. de Cl. 175 a, Qui quidem in triumphatu iudicauerit contra P. Africani auunculi sui testimonium.

* TROAS, dis, Q. fr. 326 b, Quatuor tragœdias xvi diebus absoluisse cum scribas, &c. cum Electram & Troadem scripseris. *Alij Troadem legunt.*

TROCHÆVS, chæi, *choreus vel chorius, cordax*. de Orator. 159 b, Cum sint numeri plures, iambus & trochæum frequentem segregat ab oratore Aristoteles, qui natura tamen incurrunt ipsi in orationem sermonemque nostrum: sed sunt insignes percussiones eorum numerorum, & minuti pedes. * Orat. 215 b, Fugit spondeum & trochæum. ibidem. Contrà accidere in spondeo & trochæo: quòd alter ex longis constaret, alter è breuibis fieret. & 216 a, Trochæum, qui est eodem spatio, quo choreus, cordacem appellat. ibidem. Sed ita factos eos pedes esse, vt in eis singulis modus insit aut sesquipleus, aut duplex, aut par. ibid. Quod idem facit in trochæo, qui temporibus & interuallis est par iambus, sed èd vitiosus in oratione, si ponatur extremus, quòd.

TROEZEN, nis, *oppidum*. Offic. 61 b.

TROGINI, populis, de Diuinat. 125 b, Troginorum tetrarchia.

TROGLODYTAE, tarum, *populus Aethiopiae*. de Diuin. 127 b.

TROIA, iæ in Ver. 216 b, Aeneas fugiens è Troia. de Amic.

110 a, Neoptolemus Troiam capere potuit, ad Her.

TROIANVS, a, um, pro Mur. 143 a, Intus est equus Troianus. de Orat. 117 a, Tanquam ex equo Troiano. Epistol.

102 b, In equo Troiano, scis esse in extremo, Serò sapiunt. *proverbia sunt hæc tria: de quibus Erasmus.*

TROIANT, orum, de Diu. 125 b, & alibi sæpe.

TROI CVS, a, um, de Clar. 168 a, Troicis temporibus. Epistol.

67 a, Troicum bellum.

TROPHÆVM, phæi, *victoriae monumentum*. I. P. 99 a, Hic in Macedonia trophæa posuit, quæ bellicæ laudis victoriæque insignia & monumenta sunt. de Prou. 69 b, Macedonia, quæ antea munita plurimorum imperatorum non turribus, sed trophæis, quæ multis victorijs erat triumphisque pacata. pro Dom. 233 a, Non est habitandum in ea urbe, in qua trophæa de me videam constituta. de Inu. 71 a, Thebani aeneū in finibus statuerunt trophæum. pro Arch. 190 a, Nostra sunt trophæa, nostra monumenta ad Heren. 40 b, Urbs trophæis ornata, triumphis ditata. Tusc. 172 a, Salaminij trophæi memoria. * de Inu. 55 b, Quid hunc tanta Thebanorū gloria tunc claro atq; exornato trophæo, charius atque antiquius habere conuenit? Laminibus legendum contendit trophæum. I. V. 131 b, Vtrum hoc signum cupiditatis tuæ, an trophæum necessitudinis, an amoris indicium esse voluisti? de Fin. 86 b, Trophæorum recordatione leuaret dolorem suum.

† Syntaxis. *Trophæa ponere in templis, & constituere de hoste, Trophæa, monumenta, insignia.*

TROPHONIANVS, a, um, Attic. 90 a, Trophoniana Charonis narratio.

TROPHONIVS, nij, de Nat. 69 a, An Amphiarus deus crit,

& Trophonius? & 70 b, Mercurius is, qui sub terris habetur, idem Trophonius. de Diu. 96 a, Cum apud Lebadiam Trophonio res diuina fieret.

TROPVS, pi, *modus*. de Cl. 170 b, Verborum immutationes, quos appellant *τρίπους*. de Ora. 157.

TRUCIDATIO, onis, *caedes, clades*. I. A. 193 b, * Nullus ei ludus videtur esse iucundior, quàm cruor, quàm caedes, quàm ante oculos trucidatio ciuium. Qu. fra. 306 b, Cum grauitur de Clodianis incendijs, trucidationibus, lapidationibus quæstus esset.

TRUCIDO, as, *pluribus vulneribus concido*. I. C. 121 a, Qui nos, coniuges, liberos nostros trucidare voluerunt. I. C. 99 a & de Ar. 243 b, Quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. pro Sext. R. 20 b, Ante oculos iudicum trucidari. Ep. 60 b, Qui senatum trucidare voluerunt. pro Pomp. 5 a, Qui vna die ciues Romanos, necandos trucidandosq; denotauit. * cont. C. Ant. Ab equestri ordine quem trucidasti.

TRUCULENTER, atrociter, contra Rul. 68 b, Rullus truculentius se gerebat quàm cæteri.

TRUCULENTVS, a, um, *terribilis aspectus, trux, atrox*. pro Sest. 6. b, Alter truculentus & terribilis aspectu. de Nat. 47 b.

Aduersum caput huic Helice trucidata tuetur.

† Syntaxis. *Truculentus ac terribilis aspectu. Scelus nefarium ac truculentum.*

TRVDO, dis, *impello*. Att. 13 a, de Ar. 258, Quòd ne tradamur, dii immortales nos admonent. Tusc. 173 b, Trudi ad mortem. Att. 55 a, Cum se non ad iudiciam, sed ad supplicium praefens trudi videret. * Academ. In quorum societatem & hominem & sapientem trudere nefas esse.

TRVLLA, iæ, I. V. 214 a, Erat etiã vas vinarium ex vna gemma pergrandi: trulla excauata cum manubrio aureo. ibidem. * Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, velle eam se diligentius considerare.

TRVNCVS, ci, *stipes*. de Orato. 159 b, In arboribus truncus, rami, folia, non sunt nisi ad suam retinendam conseruandamque naturam. de Nat. 50 a, Trunci obducuntur libro aut cortice. de Senect. 88 a, Terra ex minutissimis seminibus tantos truncos ramosq; procreat. in Arat.

Denudat folijs ramos & cortice truncos.

TUSCUL. 208 b, Stirpes ægritudinis trunco cuncto omnes elidenda sunt.

¶ *Translatum*. Orat. 202 a, Non ad numerum articulus cadens, trunco magis toto se ipse moderans, &c. pro Rosc. 49 b, Nemo illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico aestimabat.

¶ *Stolidus*. de Natur. 18 a, Qui potest esse in eiusmodi trunco sapientia? I. P. 183 b, Qui tanquam truncus atque stipes, si steterit modò, posset sustinere tamen titulum consulatus.

TRVTINA, næ, *statera*. de Orator. 123 a, Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur.

TRVX, cis, *truculentus, atrox*. cont. Rull. 79 b, Horridus & trux tribunus pleb. de Diu. 136 a, Ceruice anguina, aspectu truci. de Nat. 47 a.

E' trubicusq; oculis duo feruida lumina flagent.

Tv, *persona tua*. pro Rab. 92 b, Tu mihi etiam legis Portiæ, tu Gracchi, tu horum, &c. mentionem facis. L. TVTÈ.

TVBA, bæ, *buccina*. I. C. 107 a, Cum tubas & signa militaria scirem esse præmissa pro Syll. 170 a, Ille arma misit, cornua, tubas, falces. pro Mur. 132 a, Tubarum sonus. ad Her. 28 b, In bello sonitus tubæ ferre non potes.

TVBVS, bi, *fistula*. de L. 169 a, Ductus aquarum, quos isti tubos & euripos vocant. *Alij Tylos legunt.*

TVENDVS, a, um, Epistol. 14 a, Nunc à quibus tuendus fuerat, derelictus est. & 3 b, Ad tuam dignitatem tuendam. I. V. 232 b, Vt quisque eis rebus tuendis conseruandisque præfuerat. Epistol. 44 b, Quo modo ea tuear, quæ mihi tuenda sunt & 72 b, Tuenda tibi est dignitas. cont. Rull. 67 a, Cogitatio tuendi consulatus. de Senect. 89 b, Xenophontis liber de tuenda re familiari. de Nat. lib. 1, Vt mihi velim, nolim, sit certa quædam tuenda sententia. 3 Ver. Aedem Castoris, Iudices, P. Iunius habuit tuendam, &c. Lentulo lib. 1, Mihi videret animum hominis ad omni alia cogitatione, ad tuam dignitatem tuendam traducere. 3 de Fini. Atque etiam ad iustitiam colendam, ad tuendas amicitias, & reliquas charitates, quid natura valeat, hæc vna cognitio potest tradere. * Frag. ep. Maiore cura tuenda esse quæ parta sunt. pro A. Gabin. Omnes amicitias tuendas semper putavi summa religione & fide.

TVENS, tis, *defendens*. de Leg. 171 a, Ille cælum atque terras tuens & regens Deus.

TVBOR, eris, *susor, conseruo, seruo, custodio, foueo, præfideo*. I. C. 123 b, Quæ quidem hostia provincialia non minore labore tueor, quàm comparo. Postquam. 205 a, Non legum præsidio,

præsidio, sed parietum, vitam suam tuebantur pro Sest. 11 a. Hæc ea conditione gesseram, vt meum factum semper omnes præstatæ tuerique deberent. de Orat. 99 a, Armis prudentiæ causis tueri atque defendere. pro R. P. 129 a, Hunc Cæsar solus tuetur & sustinet. Attic. 13 b, Sic tuetur, vt possum, illam à me cõglutinatam concordiam. de Nat. deor. 69 a, Natio dea, quod partus matronarum tueatur. Att. 179 b, Huius pecuniæ permutatione facillè fidem nostram tuebere. & 172 a, Lucit, vt possum, tuetur apud hos. pro Deiot. 147 b, Tueri fines suos ab excursionibus hostium. Attic. 35 a, Cæcilium quibus rebus possumus, tuetur diligenter. Epist. lib. 5, Quod reliquum est, tuum munus tuere. de Clar. orat. 171 b, & 8 Philip. Atq; etiam L. Paulus, Africani pater, personam principis ciuis facillè dicendo tuebatur. 2 Offic. de Diuin. lib. 2, & Tusc. q. lib. 5, Ab hoc igitur genere largitionis, vt alijs detur, alijs auferatur, aberunt hi qui Rempub. tuebuntur. de Leg. 185 a, Tuentor Censores vrbs, templâ, vias, aquas, ærarium, vectigalia. Brutus ad Cic. lib. 11, Si de tua in me voluntate dubitarem, multis à te verbis peterem, vt dignitatem meam tuere. 3 in Catil. 117 a, Illud perficiam profectò Quiritis, vt ea quæ gesti in consulatu priuatus tuear atq; omnem. ad Cælium, lib. 2, Te tamen oramus quibuscunq; erimus in terris, vt nos, liberosq; nostros ita tuear, vt amicitia nostra, & tua fides postulabat. Attic. 380 a, & 2. in Ver. Quo magis amplectetur ac tueatur iudicium suum. Cat. 70, Vt essent qui terras tuerentur. pro Leg. Manil. 6 a, Vobis turpissimum sit, illud quod accepistis, tueri & conseruare non posse. de Finib. lib. 2, Tueri amicum, 2. Philip. & pro Cæl. Tueri beneficium. Offic. 1, Tueri commoda hominum. 3. Tusc. Tueri vitæ communem cultum atque vsitatum. 2. Tusc. Dignitatem tueri. pro Deiot. Fines suos ab excursionibus hostium tueri. Diuin. lib. 2, Tueri instituta maiorum sacris, ceremonijsq; retinendis. Tusc. quæst. lib. 1, Tueri mores & instituta vitæ. & lib. 5, Tueri munus Geometriæ. Cat. Tueri munus officij. 8 ad Attic. Tueri negocia. 3. Famil. Tueri omnia officia. 13 Famil. Tueri ordinem Senatorium 6 Fam. Vatinij, Tueri patrociniū. 13 ad Attic. Tueri pollicitum. de Amic. Non est enim inhumana virtus, neque immunis, neque superba, quæ etiam populos vniuersos tueri, eisq; optimè consulere soleat. 7. in Ver. Tueri prouinciam. pro, munus obire. Tusc. q. lib. 1, Tueri rem domesticam ac familiarem. 13 Famil. Tueri rem, gratiam & autoritatē suam. 2. de Fin. Tueri & munire se beneuolentia multorum. ibid. Tueri se sua sanctitate. 15. Famil. Tueretur se vigilanter. Offic. 1, ibid. Tueri societatem hominum. de Finib. lib. 5, Tueri munificē & æquē societatem coniunctionis humanæ. * Offic. 3, Principio generi animantium omni est à natura tributum, vt se, vitam, corpusq; tueatur.

TVGVRIVM, rii, casa. pro Sest. 24 b, Tugurium vtiam videatur esse illa villa.

TVITIO, onis, custodia. Top. 228 b, Natura partes habet duas, tuitionem sui, & vleiscendi ius.

* TVLLIANVS, a, um. Attic. 249 a, Idem de illo Tulliano cupidè libero (al. capite liberè) cum Castellio loquere. & b, Tullianæ ædes. & 250 a, De Tulliano semisse M. Axianum adhibebis.

TVM, tunc, parum, modò. Attic. 105 a, Nisi fortè illi tum arma dedimus, vt nunc cum bene parato pugnaremus. de Inuent. 49 a, Tum cum. id est, tunc cum. pro Cluent. 55 b, & pro Mur. 129 b, Quid tum inde? I. V. 88 b, Tum præterea. & 76 a, Deinde tum, & de Inu. 68 a, & Postq. 203 a, Tum etiam. id est, præterea. Tum denique, &c. Epist. 233 b, & de Orat. 137 b, de Orat. 116 a, Primum, &c. deinde, &c. post, &c. tum ad extremum, &c. pro Flac. 164 a, Cum alia multa certi homines, tum hoc vel maximè molliuntur, vt, &c. de Orat. 125 a, Animos iudicum conciliari ad beneuolentiam, cum erga oratorem, tum erga reum. Quint. frat. 302 b, Cum spe sum maxima, tum maiore etiam animo. pro Mar. 131 a, Cum summo consensu senatus, tum præterea iudicio tuo grauissimo. Epist. 55 a, Cum in omni re, tum in hoc maximè negocio. de Inu. 55 a, Ex his illud perspicuum est approbationem tum adiungi, tum non adiungi. Attic. 137 a, Scripsisti epistolâ ad me plenam consilij, summæq; tum beneuolentiæ, tum etiam prudentiæ. & ibid. Differens in vtranque partem tum Græcè, tum Latinè. I. V. 130 a, Tum semper, tum in his rebus. de Inu. 45 b, Eius autem genera, &c. quinque sunt. Nam tum verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere: tum inter se duæ leges aut plures discrepare: tum id quod scriptum est, duas aut plures res significare videntur: tum ex eo quod scriptum est, aliud quoq; quod non scriptum est, inueniri: tum vis verbi exquiri. de Nat. 8 b, Modò vnum, tum autem plures. de Amic. 98 a, & Top. 233 a, Qui tum hoc, tum illud dicit. I. C. V. M. * Heren. 30 b, Hoc exornationis genus cum cõmodum est auditu, tum verò vehementer comprobatur. de

Inuent. 79 a, Quod si hæc cum summè inutilia, tum multò turpissima sint. Tusc. 143 a, In qua te militari cum virtute nostri valuerunt, tum plus etiam disciplina. Offic. 25 a, Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima. Epist. 8 a, Lentulum nostrum cum cæteris artibus, tum imprimis imitatione tui fac erudias. Epist. 153 a, Literæ tuæ cum rebus ipsis essent & beneficijs in Rempub. gratissimæ: tum erant grauissimis verbis, sententijs plenæ. Epist. 223 b, Cum mihi multa grata sunt, &c. tum imprimis quod. ibidem. Ego cum antea studiosè commendabam Marcilium, tum multò nunc studiosius. Attic. 104 b, Ex victoria cum multa mala, tum certè tyrannis existit.

† Syntaxis. Quid tum inde? Tum præterea. Deinde tum. Tum etiam. Tum ad extremum. Cum alia vides, tum hoc maximè. Modò vnum, tum plures video.

TVMEO, es, surgeo, in tumore sum. Tusc. 194 a, Sapientis animus nunquam turgescit, nunquam tumet. Attic. 223 b, Tument negocia.

TVMESCO, scis, surgeo. de Diuin. 82 b.

Inflatum mare cum sibi d' penitusq; tumescit.

TVMIDVS, a, um, surgidus, tumore præditus, inflatus. in Vat. 29 b, Serpens inflato collo, tumidis ceruicibus. Tusc. 194 a, Membrum tumidum ac turgidum vitiosè habet.

TVMOR, oris, inflatio. Tusc. 194 a, Num manus rectè affecta est, cum in tumore est? ad Heren. 27 a, Corporis bonam habitudinem tumor imitatur. 14 b, Mortuus deformatus, tumore præditus. Tusc. 227 a, Repentinus oculorum tumor sanatur. Tusc. 2, Cum tumor animi resedisset. & 4, Vetat Chrysippus, ad recentes quasi tumores animi remedium adhibere. & 3, Erat enim in tumore animus. * ad Heren. 7 b, Si tumore aut liuore decoloratum est corpus. Attic. 224 a, Ne deserere viderer hunc rerum tumorem: cui certè, si possem mederi deesse non deberem.

† Syntaxis. Animus surgidus, tumens. Negocium tumens. Visio sè habet membrum tumidum ac surgidum. Membri esse in tumore. Tumore præditus homo. Resedit iam animi tumor. In tumore omnium esse. Rerum omnium tumor, id est, motus, perturbatio.

TVMVLTVOR, aris, turbas facio, inquietus sum. pro Cæl. 45 a, Quid tumultuaris foror? quid infans? contra Rull. 86 b, Qui sæpe & sine causa tumultuet. Offic. 16 b, Tumultuantes de gradu deiij, vt dicitur. ad Heren. 28 b, In ocio tumultuaris, in tumultu solus es ociosus. * Acad. Clamat Zeno, & tota illa porticus tumultuatur.

TVMVLTVOSIVS, Attic. lib. 5.

TVMVLTVOSISIME, pertumultuosè, maximo tumultu. I. V. 116 a, Quàm tumultuosissimè aliquem adoriri.

TVMVLTVOSVS, a, um, turbulentus. Epist. 24 a, Ita tumultuosæ conciones, ita molestæ Quinquatris afferebantur. de Inuent. 42 b, Seditiosa & tumultuosa vita. * Oecon. 1. Dissonum quiddam ac tumultuosum audientibus canere videtur.

TVMVLTVS, tus, motus, trepidatio. I. A. 200 b, Tumultum decerni, iustitium indici, saga sumi dico oportere. pro Deiot. 147 b, Num quæ trepidatio? num qui tumultus? I. C. 110 a, Vbi sine vestro motu ac tumultu, satis esse prædij prouisum est. Attic. 81 a, Quo autem die litere Cassij videri in senatu recitatae sunt, eodem meæ tumultum nunciantes. I. A. 214 b, Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur: vnde etiam nomen ductum est tumultus. & ibidem. Potest esse bellum sine tumultu: tumultus sine bello esse non potest. * I. A. 205 a, Vacationem militiæ ipsis liberisque eorum esse placere extra tumultum Gallicum Italicumque. Epist. 259 b, Romæ vereor ne ex Calend. Ianuarij magni tumultus sint.

TVMVLVS, li, locus ex terra leuiter eminens. Anteq. im. 196 b, Dij deaque immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam. I. V. 245 b, Ignis è specula aut tumulo sublatas, prædonum aduentum significabat. de Diu. 84 a.

— cum tumulos Albanos in monte niuales Lustrasti.

de L. 138 b, Demetrius super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam. Attic. 227 b, Quæris, vtium magis tumulis profectuque, an ambulatione delecter? * I. C. 109 b, Vrbes coloniarum ac municipiorum respondebunt Catilinæ tumulis syluestribus.

† Sepulcrum. Tusc. 205 b,

Quo magis est æquum tumulis mandare pemptos.

pro Ar. 190 a, Cum Alexander in Sigeo ad Achillis tumulum astisset, inquit, &c. de Leg. 131 b, Iniecta gleba tumulis & humatus est, & gleba dicitur. pro Milo. 118 a, Vos Albani tumili atque luci, vos inquam imploro & obtestor. * 2. de Glor. Vt suum tumulum multis etiam post seculis prætereuntes sic loquantur.

TVN C. tum, illo tempore, per id temporis, ad Her. 4 b, & Att. 6 a, & in Ver. 17 a, temporibus illis. Offi. 67 b, I. A. 211 b, Sed erat tunc excusatio oppressis, nunc nulla est. & 68 a, de Amicit. 97 b, Etiam tunc.

TVNDO, dis. cædo, pulso, verbo. I. V. 26 b, Cum illi iacenti latera tunderet. & ibid. Bacillo oculos alicui tunderet. de Or. 123 b, Eandem in eundem diem noctemq; tunderet.

TVNICA, cæ. vestis brevis sine manica, virorum & Romanorum propria. quæ autem manicas haberet, non sine probro gestabatur. I. A. 212 b, Cum tunica pulla sedere solebat & pallio. & 242 a, Iste cum pallio purpureo tunicaq; talari versaretur in conuiuijs muliebribus. de Or. 126 b, Ut discinderem tunicam, & cicatrices ostenderem. Tusc. 239 b, Cum pila ludere vellet, tunicamq; poneret, adolescentulo gladium tradidit. * I. V. 212 b, Qui de istius pallio, tunica pulla non audierit. I. C. 109 a, Quos videtis manicatis & talaribus tunicis, velis amictos, non togis.

TVNICATVS, a, um. contr. Rul. 85 a, Iam verò qui metus erat tunicatorum illorum? & pro Cæl. 39.

TVNICULA, æ. de Leg. lib. 2, * Tunicula purpurea extenuata sumptu funeris.

TVRBA, bæ. multitudo, conuentus hominum, vulgus, seditio, vis. I. V. 69 b, Videt ad fornicem Fabianum in turba Verrem. & 140 a, Domus erat non meretricio conuentu, sed prætorii turba referta. de Natur. deor. 9 b, Chrysippus magnam turbam congregat ignotorum deorum. de Orator. 137 b, Mediocritia in mediam turbam atq; in gregem conijciuntur. de Senect. 94 b, Cum ex hac turba & colluue discidam. * Academ. Conuocata de hortulis in auxilium quasi libera turba temulentorum. Tusc. 237 b, Quid erit in philosophi grauitate, quam in vulgi opinione, stultorum que turba quod dicatur aut grauius aut grandius.

¶ *Copia* de Cl. 175 b, * Que oratio vix iam comparet in hac turba nouorum voluminum. ibidem. Que istam turbam voluminum effecerit. de Clar. 169 b, Ut te eripias ex ea, quam ego congeffi in hunc sermonem, turba patronorum. ibid. Numerari in vulgo patronorum.

¶ *Tumultus, vis, seditio.* pro Sext. Ros. 33 b, Multa sæpe imprudentibus imperatoribus vis belli ac turba molitur. I. V. 234 b, Ecce autem noua turba atque rixa. & 242 a, Facere maximas turbas in castris, * Epist. 260 b, Nobis inter has turbas Senatus tamen frequens flagitauit triumphum.

¶ *Discrimen, dubium.* Att. 87 a, Magna turba est. Epi. 84 b, Exponerem etiam, quemadmodum hic, & quanta in turba, quantaq; in confusione rerum omnium viuereamus.

¶ *Syntaxis. Turbam deorum congregare. In mediam turbam, & in gregem conijcere aliquid. Voluminum turba. Turba & colluuiæ. Vis ac turba belli. Turba & rixa. Turba & confusio rerum.*

TVRBA TVS, a, um. I. C. 108 a, Turbata respub. (quieta pro Planc. 261 a, Placare mentes turbatas.

TVRBIDE, turbulente. Tusc. 214 a, lactantibus se opinionibus inconstanter & turbidè.

TVRVIDVS, a, um. impius, sordidus, Tusc. 247 a, Cum aquam turbidam, & cadaueribus inquinatam bibisset.

¶ *Confusus,* Tusc. 214 a, Mens, quæ omni turbido motu semper vacet. & 216 a, Turbidi animorum concitatiq; motus.

¶ *Miser, calamitosus, aduersus.* Epist. 91 a, Si turpidissima sapienter ferebas, tranquillissima lætè feras. I. A. 168 a, Homines cum in turbidis rebus sunt, tamen interdum animis relaxantur. de Diuinat. 101 a, In turbidis rebus, & c. de Inuent. 42 b, Turbida tempestas. pro Syl. 185 a, In quo ego tam subito & exiguo & turbido tempore multa diuinitus dixi.

¶ *Syntaxis. Aqua turbida. Motus mentis non turbidus, nec concitatus. Turbida tempora, res.*

TVRBO, as. per turbo, ob turbo, misceo. de Nat. deor. 8 b, Aristoteles multa turbat, à magistro Platone dissentiens. Quint. frat. 322 a, Et simul ne quid ille turbet vide. de L. 188 a, Omnia infima summis paria fecit, turbauit, miscuit. I. V. 133 b, Non modò illa permiscuit, sed etiam in his duobus generibus ciuium nouorum veterumque delectum ordinemque turbauit. de Ar. 254 a, Miscere & turbare omnia. * de Leg. 186 a, Ast qui turbassit in agendo. at. si quid turbassit.

TVRBOR, tis. Quint. frat. 328 a, Ad te ne hæc quidem scribo, quæ palam in rebus turbantur. pro Cla. 56 a, Mare quod sua natura tranquillum est, ventorum vi agitur atq; turbatur.

¶ *Rapior.* de Finib. 56 a, At id ne feræ quidem faciunt, ut ita uant atq; turbentur, ut earum motus atq; impetus, quod pertineat non intelligatur.

TVRBATVR, turba excitantur. pro Syl. 178 a, Si in Hispania turbatum esset.

TVRBO, inis. cons. figura immersa. * de Fat. 148 b, Reuertitur ad

cylindrum & turbinem suum: quæ moueri incipere, nisi pulsa, non possunt. Id autem cum accidit: suapte natura quod superest & cylindrum volui, & versari turbinem putant.

¶ *Ventus omnia turbans & inuolvens.* de Nat. deor. 69 b, Imbres, nimbi, procellæ, turbines, cæteræq; tempestates sunt Dij putandi? de Orator. 157 a, Vndiq; omnes venti erumpunt, sæui existunt turbines. pro Cæl. 54 b, Aliquem tanquam turbine aliquo aut subita tempestate peruerit. pro Dom. 241 a, Tu procella patriæ, turbo & tempestas pacis & ocij, quod in naufragio Reip. tenebis offusis, demerso populo Rom. euerfo atq; eiecto Senatu, dirueris, ædificaris, & c. pro Sest. 8 a, Cum illi essent duo reipub. turbines. Epist. 198 a, Ut Minerua, quam turbo deiecerat, restitueretur. I. P. 83 b, Qui maximis turbinibus ac fluctibus reipub. nauem gubernasset.

¶ *Syntaxis. Turbo, nimbus, procella, Turba aut subita tempestas. Procella, turbo, & tempestas pacis. Maximis turbinibus ac fluctibus Reip. nauem gubernare.*

TVRBYLENTE, turbulenter. pro Dom. 241 b, Raptim & turbulente facere aliquid. Tusc. 222 b, Qui non turbulente humana patiantur.

TVRBYLENTE, turbidè. Epist. 27 b, Nos nihil turbulenter, nihil temere facimus.

TVRBYLENTVS, a, um. turbidus. I. V. 140 b, Magna & turbulenta tempestas. Epist. 29 b, Tempora mihi quidem turbulenta videntur fore. I. Pis. 86 b, Meum turbulentiſſimum tempus tuo tranquillissimo præstat. Orat. 202 b, Res placata & minimè turbulenta. de Fin. 53 a, Turbulenta conuersio atomorum. de Nat. deor. 40 a, Errores turbulenti. pro Ceci. 291 a, Ea sunt & turbulenta, & temeraria, & periculosa de Orat. 113 a, Seditiosus ciuis, & turbulenter. & 121 a, Turbulenter & malus ciuis. de Clar. 174 a, Ciuis ut vita, sic oratione turbulenter. Partit. 236 b, Graue, infedatum, turbulenter. Att. Regem mecum habui turbulenter in rebus. 4. Tusc. Animus turbulenter, 1. de Finib. Libido, temeritas, ignauia, mens turbulenta. 12 Famil. Turbulenta Respub. ad Att. li. 7. Negocium turbulenter. & li. 4. Coniciones turbulenter Metelli, temerariæ Appij, furiosissimæ Publij. 13 ad Attic. 9, Turbulenta consilia de Vniuer. Quæ turbulenta ex igne, ære, aqua, atq; terra, & rationis experia homini infederint, cum ipse ratione depulerit, & ad primam atq; optimam affectionem animi peruenit. de Clar. orat. 53 a, Tribunatus turbulentiſſimus. pro Sylla. In illa turbulentiſſima tempestate Reip. mea sponte despexerim. 9 Famil. 1, Turbulentiſſimæ res.

¶ *Syntaxis. Placatum, ac minimè turbulenter. Turbulenti errores. Seditiosus ciuis, ac turbulenter, mens, Respub. negocium, concio, errores, tempestas, tempus, res turbulenta.*

TVRGEO, ges. sumeo, inflatus sum. ad Her. 27 a, Oratio, quæ turget & inflata est.

TVRGESCO, scis. sumesco. Tusc. 194 a, Animus sapientis nunquam turgescit, nunquam tumet.

TVRGIDVS, a, um. tumidus, inflatus. Tusc. 194 a, Membrum tumidum ac turgidum vitiosè se habet.

TVRMA, mæ. equitum ordo. Attic. 82 b, Appius noster turmas aliquot equitum dederat Scaptio, per quas Salaminios coerceret. pro Marc. 132 a, Nihil tibi ex ista laude cohortis, nihil turma decerpit. * Epist. 244 b, Magnum eorum equitatum ab equitum meorum turmis, & c. occidone occisum. Attic. 88 a, Cum in turma inauratarum equestrium statuarum, quas hic Metellus in Capitolio posuit, animaduertissem in Serapionis subscriptione Africani imaginem.

TVRMALIS, le. equestris. de Ora. 133 a, Turmales statuæ.

TVRPE, turpiter. Attic. 113 b, Turpe pace nobis utendum est.

TVRPICVLVS, la. substurpiculus. de Ora. 131 b, Locus in turpiculis rebus & quasi deformibus ponitur.

TVRPIFCATVS, ta. deformatus. Offic. 73 b, Deprauatio & foeditas.

TVRPIS, pe. inhonestus, deformis, disfortunus, seditiosus, inquinatus, infamis, flagitiosus, habens turpitudinem, nequam. Offic. 25 a, Luxuria cum omni etati turpis, tum senectuti foeditissima est. ibidem b. Quod facere non turpe est modò occultè, id dicere obscenum est. I. Ant. 176 b, Quid hoc turpis? quid foeditus? Tusc. 198 b, Quid est autem nequius, aut turpis effeminato viro? Offic. 25 b, Partes corporis, quæ aspectum essent deformem habituræ atq; turpè. pro Font. 281 a, Turpis & infamis vita. pro S. Ros. 26 b, Turpissimus & inhonestissimus homo. Attic. 88 a. Nunc video Metelli adisogenitum turpem. & 123 a, O rem turpem, & ea rem miseram & 138 b, Hoc turpe & indignum putarent, & 143 b, Iste omnium turpissimus, & sordidissimus, idem est in rebus, qui semper fuit. de Amic. 103 b, Neq; rogemus res turpes, nec faciamus rogati. pro Quin. 18 a, Multis vexatus

contumelijs, plurimis iactatus iniurijs, non turpis ad te, sed miser confugit. 9 ad Attic. Turpis homo. 3 ad Attic. Pugna, ne turpis ineniat. 1 ad Heren. Turpis causa dicitur, cum ipsa res animum à se auditoris alienat. 2 de Fin. Trecentosq; eos quos eduxerat Sparta, quum esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hostibus. Offic. 49 b Habere enim quæstui Rempub. non modò turpe est, sed sceleratum etiam & nefarium. 8 ad Atti. Quod turpe sit, id solum miserum esse. 1. de Inuent. Turpe genus argumentationis. 1 ad Heren. 1 b, Turpe genus causæ. 1 Philipp. Turpes decuriæ iudicum. de Fin. lib. 4, Turpi nihil turpius. Tuscu. q. lib. 2, Turpissimum est, quando cum vita pugnat oratio.

† Syntaxis. *Turpius, fœdus, Nequius, turpius, Deformem ac turpem aspectum hæc habent. Turpis & infamis vicia. Turpe & indignum. Id non modò turpe, sed sceleratum est, ac nefarium.*

TVRPI TER. *turpe, obscenè, nequiter.* Attic. 139 b, Timeo ne quid turpiter faciam. Tuscul. 198 b, Quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiat. Attic. 93 b, Hortensius filius fuit Laodiceæ cum gladiatoribus flagitiosè ac turpiter. & 101 a, Cato in me turpiter fuit maleolus. pro Milon. 103 a, Turpiter perpeti. L. CALAMITOSE.

TVRPI TVDO, nis. *deformitas, obscenitas, infamia, macula, flagitium, dedecus, labes, deformatio, deprauatio, fœditas.* de Orat. 130 b, Locus & quasi regio ridiculi turpitudine & deformitate continetur. & 131 a, Verborum turpitudinem & rerum obscenitatem vitare. de Fin. 98 a, Nisi eos per se fœditate sua turpitudine deterreat. de Ar. 215 a, Sex. Seranus sanctissima facella omni turpitudine fœdavit. pro Dom. 23 a, In illo pœna legitima turpitudinem non habuit, propter vim temporum. ad Heren. 2 b, Si ausa turpitudinem habebit I. A. 211 b, Quanta illa erit reip. turpitudine, quantum dedecus, quanta labes? dicere in hoc ordine sententiam M. Antonium, consulari loco. Offi. 73 b, Nul- lum est maius malum turpitudine: quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet videri? * L. V. 157 b, Vt nulla eius vitæ pars summæ turpitudinis esset experta. de Inuen. 66 b, Sin in antea vita aliqua turpitudines erunt. de Orat. 175 b, Fugienda est omnis turpitudine earum rerum. pro Font. 281 b, Vt nullum probrum, nullum facinus, nulla turpitudine, quæ à libidine, aut à petulantia, aut ab audacia nata esset, ab accusatore obijceretur, si non vera, attamen ficta cum aliqua ratione ac suspitione. de Fini. 136 a, Si turpitudinem fugiamus in statu & motu corporis: quid est cur pulchritudinem non sequamur?

† Syntaxis. *Flagitiosè ac turpiter. Turpiter & nequiter. Turpitudine ac deformitas. Turpitudinis fœditas. Fana turpitudine fœdare. Turpitudinem habere, dedecus, labem.*

TVRPO, as. *fædo.* Tusculan. 166 b, & 200 a, Iouis aram sanguine turpari. Poëtæ. * Incer. Cæsar cum quosdam ornate voluit, non illos honestavit, sed ornamenta ipsa turpavit.

TVRRIS, ris. *celsa moles, angustior, ex lapide, vel materia.* Tuscu. 239 b, Dionysius concionari ex turri alta solebat. de Prou. 69 b, Macedonia, quæ erat antea multorum imperatorum, non turribus, sed trophæis munita. Epistol. 245 b, Aggere, vineis, turribus oppugnavi oppidum.

TVRTVR, ris. *avis nota.* de Fini. 87 b, Turtures cursu & peregrinatione lætantur.

TVSCVLANVM, & alia, L. TLVSCVLANVM, &c.

TVTE, *tuipse.* Epist. 9 a, Vt tute mihi præcepisti. Attic. 119 b, Et vt esset, à me est (tute scis) multo antè prouisum. de Orator 93 a, Non me tibi negasse, tute paulo antè dixisti. Attic. 231 b, Quem admodum tute scribebas.

TVTE, *tusò.* pro Rab. 95 b, Qua in causa tute esse potuisses. ad Heren. 37 b, Attic. 117 b, Non quæro vbi tutissimè sit. & 125 b, Nam te hic tutissimè puto fore. ad Heren. 18 a, Eum tute vitare, qui honestè viuat. & ibidem b, Tute cauteq; agere aliquid.

TVTELA, læ. *fides, commissio, defensio, patrocinium, clientela. Est autem tutela (vt Seruius Sulp. definiuit) ius ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem suam se defendere nequit, iure ciuili data ac permissa. quæ definitio, quoniam pupillares modò tutelæ comprehendit, si generalem facere vis, vt etiam mulierum, & stultiorum tutelæ continet, à definitione tibi sunt illa verba remouenda, Per ætatem suam.* Attic. 4 a, De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil vsu capi potest. pro Quint. R. 47 b, Fraudare pupillum, qui in tutelam peruenit. de Orat. 99 b, Nisi posthumus, antequam in suam tutelam venisset, mortuus esset. & 126 a, Neque gnati eius parui, qui tibi in tutelam est traditus. Offi. 17 b, Vt enim tutela sic procuratio reipub. ad vtilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissi, gerenda est. pro Flac. 162 a, Nihil potest de tutela legitima, sine omnium tutorum autoritate diminui. de Pro. 76 a, Quare sit in eius

tutela Gallia, cuius virtuti, fidei, felicitati commendata est. de Fin. 114 b, Vt omnia illa prima huius tutelæ subijciantur: itaque non discedit ab eorum curatione, quibus præposita vitam omnem debet gubernare. pro Sest. 17 b, In eius magistratus tutela reges atq; exteræ nationes semper fuerunt. Offic. 64 a, Tutela x. 11. tabulis erat vindicata. de Nat. deor. 70 b, Apollonis, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt. pro Muræ. 128 a, Omnia hæc nostra larent in tutela ac præsidio bellicæ virtutis. de Fini. 144 b, Nullam partem neq; animi, neq; corporis, vacuam tutelæ reliquerunt. & 104 a, Salutem hominum in Iouis esse tutelæ, de Orator. 95 b, Ac ne is pro quo ipse diceret, turpi tutelæ iudicio, atq; omni molestia, stulticia aduerfarij liberaretur. de Orator. 104 b, Sulpitius Gallus duos filios suos paruos tutelæ commendauit. * 1. de Leg. Nec se intelligunt esse confanguineos omnes sub vnam eandemque tutelam. de Orat. 99 a, Tutelarum iura,

TVTISSIMO, *aduerbium.* ad Att. lib. 6, Vbi tutissimè essem. TVTÒ, *tute, impunè.* Attic. 116 a, Igitur istic me fac posse tutò: an etiam honestè? pro Sest. 20 a, & Epist. 234 b, Vt à suis munitus tutò in foro esset. Epist. 148 a, Nec mihi tutò in Senatium venire licet.

TVTOR, aris. *tuor.* de Nat. 55 a, Genæ tutantur oculos, ab inferiore parte subiectæ, leuiterq; eminentes. Antequam. 196 a, Nihil acerbi mihi erit, quod rempublicam tutabitur. de Som. 127 b, Ad rempublicam tutandam. pro Pom. 6 b, Vestigalia ad ipsas prouincias tutandas. pro Syl. 178 b, Hunc tamen per vos tutari conseruareque cupiunt. in Ant. 191 b, Qui rempublicam patrimonio suo & tutatus est, & tutatur pro Sest. 33 a, Hic est te tutatus.

TVTOR oris. *defensor.* de Orator. 104 b, Qu. Seruius Galba populum Romanum tutorem instituire se dixit filiorum suorum orbitati. Epist. 226 a, Instituire aliquem tutorem & secundum hæredem filio suo pro Flac. 162 b, Quæcunque sine tutore autore est dicta dos, nulla est. pro Cecin. 298 a, Quod mulier sine tutore autore promiserit, nõ debet. de Fin. 140 a, Non tutores misimus regibus. pro Muræ. 130 a, Mulieres propter infirmitatem consilij, maiores in tutorem potestate esse voluerunt. pro Flacc. 161 a, Tutor his rebus Græcorum legibus ascribendus fuit. Postquam. 200 a, Resp. orba consulis fidem tanquam legitimi tutoris implorauit, & 205, Cùm Respub. non solum parentibus perpetuis, verumetiam tutoribus annuis esset orbata de Arusp. 246 a, Castus tutor religionis. Attic. 195 b, Amo illum mortuum, tutor sum liberis, totam domum diligo. de Cl. 196 a, Orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus. de Orat. 143 a, Consul quasi parens bonus & tutor fidelis esse deberet. I. A. 287 b, Qui se populi Rom. &c. tutorem dicere auderet.

† Syntaxis. *Tutorem alicui instituire. Sine tutore autore id actum est. In tutorem esse potestate. Patronus, & tutor.*

TVTVS, a, um. *metu, vel periculo vacuus, lectus, cauius, septus, munitus, sanctus, sacrosanctus, sacrus, testus, incolumis, nihil insidiarum habens, in tuto locatus.* pro Dom. 235 a, Quæ maiores nostri religionibus tuta nobis & sancta esse voluerunt. pro Pomp. 10 a, Quis locus tam firmum habuit præsidium, vt tutus esset? pro Cecin. 293 a, Fugæ turam viam quærere. Antequam. 194 a, Quo enim se satis tutum arbitrabatur præsidio? virtutis & gloriæ? Atticum, &c. & ibidem b, Qui hoc imperij domicilium lumen deorum consecratum, sartum tectum ab omni periculo conseruauit, & vos vt tutam tranquillamque pacem traheretis, mea perfecti vigilantia, Epist. 163 a, Tutus ab inimicis. de Natur. deor. 50 a, Tutus à calore & à frigore. I. V. 243 b, Tutus, clausus, septus, munitus contra aliquem. de Ar. 256 a, Quare cum dii immortales momentè optimatum discordijs, in tuto collocant Clodium. Epist. 184 a, Esse in tuto. pro Flacc. 152 a, Multi clarissimi viri, qui cum prædonem nullum cepissent, mare tamen tutum præstiterunt.

† Syntaxis. *Hoc illi religionibus suis est tutum ac sanctum. Tutam tranquillamq; pacem trahere. Tutus à. Tutus, clausus, septus contra. In tuto collocari.*

TVVS, a, um. *multitudinis numero, TVI, nempe amici, cognati, propinqui.* Att. 62 a, Tam longè à tot tuis, &c. de Ora. 88 b, Panætius ille tuus. & alibi milles.

TYBA, bæ. *vrbs.* Epist. 240.

TYBERINVS, a, um. pro Pom. 10 b, Ante ostium Tyberinum. Philip. 3, Canutius Tyberinus.

TYBERIS, ris. TYBRIS: *fluminis, quo Roma alluitur. Potest etiam cum iota scribi, auctoribus bonis.* Att. 191 b, Cogita trans Tyberim hortos aliquot parare. I. C. 111 a, Vt Tyberis inter eos & pons interesset. Attic. lib. 15, Cùm esset trans Tyberim in hortis.

TYBVRS, tis. L. TYBVS.

TYCHE, es. *vrbs Scithæ.* I. V. 238 a: Tertia est vrbs, quæ q in ea parte Fortunæ sanum antiquum fuit, Tyche nominata est.

TYMBOs. *bustum* de Leg. 183 a, Si quis bustum (nam id putatur appellari tymbon) aut monumentum, inquit, aut columnam violarit.

TYNDAREVS, rei. de Fat. 147 a.

TYNDARIDAE fratres. *Cassor & Pollux*. Tusc. 154 a, de Nat. 72 a, de Orat. 141 a.

TYNDARITANI, orum. I. V. 140 b.

TYNDARVM, *ri. vrbs Siciliae*. I. V. 262 a.

TYPVVS, *pi. signum, forma*. Att. 5 b, Præterea typos tibi mando, quos in testorio atrioli possim includere. Att. 5 b, *Τύπος πινυγίου κρητισίου τύπος δὲς. id est, Præsentem statum forma aliqua designatio.*

TYRANNICE. *superbè, crudeliter*. in Verr. 172 b, Regiè seu potius tyrannicè statuit. Attic. lib. 10, Vide quàm ad hæc *τυραννικῶς*.

TYRANNICVS, a, um. de Leg. 164 b, Leges tyrannicæ. pro Dom. 236 b, Priuilegijs tyrannicis irrogatis. de Inu. lib. I, 15 b, Tyrannicum factum.

TYRANNIO, onis. *vir. nomen*. Qu. fr. 306 b & Att. 57 b.

TYRANNIS, dis. *dominatio, regnum, crudelissimus dominatus*. Attic. 104 b, Ex victoria cum multa mala, tum certè tyrannis exister. Tusc. 186 a, Potius quàm conscios delendæ tyrannidis indicaret. Attic. 225 b, O' dii boni, viuitt tyrannis? & 120 b, Idem facere quod in Cinnæ dominatione, & Marij tyrannide Philippus. Offic. 70 a, Occupare tyrannidem. Att. 231 b, Sublato enim tyranno, tyrannida manere video.

TYRANNOCTONVS, ni. *tyranni interfector*. Attic. 231 a, Sultulit simulationem desiderij, ne periculosa nostris tyrannoctonis esset. * Ep. 196 b, Nostris *τυραννοκτόνοι* longè gentium absunt. Att. 224 b, *τυραννοκτόνος* in cælo esse. & 261 a, Eum non modò non inimicum tyrannoctonis verum etiam amicum fore.

TYRANNVS, ni. *ereptor libertatis, ciuitatis oppressor*. I. V. 229 a, Imagines Siciliæ regum actyrannorum. & ibid. At videte, quanto hic tetrior tyrannus. Tusc. 239 a, Dionysius Syracusanorum tyrannus fuitis cum v. & xx. natus annos dominatum occupasset, diu seruitute oppressam tenuit ciuitatem. pro Mil. 108 b, Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis? I. A. 249 b, Qui erant in eum tyranni. pro Deiot. 146 b, Esse tyrannum in aliquem. I. A. 115 a, Cupido coniungendi cum tyranno. *id est, Cesare*. & ibidem: Phalaris & Pisistratus. de Nat. deor. 76 b, Dionysius & Apollodorus tyranni. de Diuin. 91 b, Vrbs ab Alexandro tyranno crudeli dominatu premebatur. Offic. 58 a, Nulla est nobis societas cum tyrannis, sed potius summa distractio. in Vatin. 33 b, Tu, qui nos tyrannos vocas, fuerisne non tribunus plebis, sed intolerandus ex cæno nescio quo atq; te nebris tyrannus. I. A. 249 b, Etiamne in nostros liberos dominum & tyrannum comparabat? ibid. Qua in barbaria quisquam tam teter, tam crudelis tyrannus? Att. 156 b, Ut quemadmodum est, sic etiam appelletur tyrannus.

† Syntaxis. *Ille tyrannus est in omnes.*

TYRESIAS, *sicæ. augur & vates Thebanus*. de Diu. 98 b, De Tyresia etiam apud inferos Homerus ait, solum sapere, cæteros vmbraurum vagari modo. de cod. de Nat. deor. lib. 2, & Tusc. lib. 5.

* **TYRIVS**, a, um. I. V. 265 b, pro Flacc. 161 a, Purpura Tyria. Hortens. Nicomachus Tyrinus.

TYRO, onis. *nouus miles, rudis in aliqua re, qui aliquam artem didicit*. (*veteranus miles*. Epist. 158 b, Quantum autem in acie tyroni sit committendum, scimus. Tusc. 183 a, Aetas tyronum. I. A. 244 b, Cùm essem tyro in Pompeij exercitu. pro S. R. 21 a, Qui nuper se ad eum lanistam contulit, qui cùm ante hanc pugnam tyro esset, facillè ipsum magistrum scelerare atq; audacia superauit. I. V. 62 a, L. Apuleius non ætate, sed vsu forensi atq; exercitatione tyro. & 112 a, Tamet si non prouinciæ rudis erat & tyro. de Orat. 103 b, Fateor enim oratorem, nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere. Offic. 8 a, In Pompilij exercitu Catonis filius tyro militabat. * I. A. 237 b, Quid tyrones milites, &c. quid tota Italia de vestra grauitate sentiat.

† Syntaxis. *Tyro miles. Vbi tyro Vrbs rudis ac tyro. In hac re sum rudis ac tyro, peregrinus, hospes. Tullius tyro militauit.*

TYROCINIUM, nij *rudimentum*. in Sal. 274 a, At lapsus ætatis tyrociniò, postea se correxit, &c.

TYROTARICVS, chi. *cibi genus, cuius confectioem docet Apicius lib. 4*. Att. 231 a, Eo die in Pæti nostri tyrotarichum iminebam. & 59 a, Multa me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis quàm patina tyrotarichi. Ep. 136 b, Quem denarium narras? quam tyrotarichi patinam? eod. Tu verò ad tyrotarichum antiquum redi.

TYRRHENSIS, a, um. *Thursicus*. de Diu. 84 a, Tyrrhenæ gentis aruspex. * Eleg.

Iam mare Tyrrhenum longè penitusq; palumbes Reliquit.

TYRVS, *i. vrbs Phœnicæ*. I. V. 265 b, Quæ nauis Tyro venerat. **TYSIAS**, *sicæ. princeps & inuentor artis rhetoricæ*. de Inu. 62 b, & de Orat. 92 b.

V



Ex Latinis literis vocalibus vltima est.

¶ Est etiam nota V, quinque significans.

¶ Interdum pro T vsurpatur: vt Sulla, pro Sylla: Sullanus, pro Syllanus.

VACATIO, onis. *feria, cessatio, immunitas*. pro Syll. 172 a, Me neq; rerum gestarum vacatio, neq; ætatis excusatio vendicat à labore. pro Cæl. 43 b, Erat enim meum deprecari vacationem adolescentiæ, veniamq; petere. de Leg. 158 a, Ego verò ætatis potiùs vacationi confidebam. de N. deor. 12 a, Nos vitam beatam in omnium rerum vacatione ponimus. de Clar. 175 a, Vacationem augures, quo minus iudicij operam dent, non habere. pro Font. 277 b, Falsum est ob vacationem precium datum, cùm immunis nemo fuerit. in Ant. 204 b, His liberisq; eorum militiæ vacatione esse placet. & 200 a, Delectum haberi sublatis vacationibus. in Verr. 204 b, Pro hisce rebus vacatio data est laboris, & sumtus, & militiæ, & rerum omnium. Epist. 129 a, Quæ studia vacationem habent publici muneris. Acad. 30 b, & Att. 17 b, Ne vacationes valeret. de Leg. 158 a, Nullam tibi à causis vacationem dari video. * I. V. 247 b, Quod tam immune municipium? quod per hos annos tam commoda vacatione sit vsum omnium rerum? Frag. ep. Quod mihi vacationem das.

† Syntaxis. *Vacatio militiæ senibus est. Philosophia vacationem habet rerum publicarum. Nulla à causis vacatio data Ciceroni.*

VACCA, cæ. de Nat. deor. 16 b, Cur nò gestret taurus equæ contrestatione sequus vaccæ? & ad Her. 27 b, * Vaccæ æneæ amœnissimæ impendebant. *Rectius vacca legitur.*

VACCVS, ci. pro Dom. 233 b, In Vacci pratis domus fuit M. Vacci.

VENTVS, ti. *flamen, aura, flamina venti*. de Nat. 46 a, Aer effluens huc & illuc, ventos efficit. de Diuin. 117 a, Placet Stoicis, eos anhelitus terræ qui frigidi sint, cum fluere cœperint, ventos esse. pro Clu. 46 a, Mare quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atq; turbari. Attic. 138 b, Ex ea die septentriones fuerunt venti. Epist. 243 b, Habere ventos secundos. & 20 b, Et eorum ventorum, quos proposui, moderatori quidam & quasi gubernator. in Ar.

Si grauis incidit vehementi flamine ventus.

pro Cluent. 33 b, Omnes rumorum & concionum ventos colligere. de Clar. 72 b, Cum omnis motus animi tanquā ventus hominem defecerat. Att. 50. 22 b, Cæsar cuius nūc venti valde secundi sunt. ad Brut. Ventus me retulisset in Italiam. *id est, repulisset, & retrocedentem coegisset reuerii*. pro Syl. Ventum excitare in aliquem. *id est, inuidiam ei conflare*. pro Cluent. Verum omnes intelligamus, in istis subscriptionibus ventum quandam popularem esse quæsitum. 1 de Nat. Vento Africo inuētæ angues (in Aegyptum) ex vastitate Libyæ. 9. ad Attic. Vento primo eum nauigaturum. *id est, non expectaturum tempestatem*. 16. ad Attic. Vento reiectus aliquo. 2. de Nat. Mare atque venti, res violentissimæ. ibid. Quicunq; venti, res violentissimæ. 12. Fam. Quicunque venti erunt, ars nostra certè non abierit. in Pison. 83 b, Neq; tam sui timidus, vt, &c. alios ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas. 12. Fam. Ventis remisq; in patriam omni festinatione properaui. * pro S. Rosc. 40 a, Si Iupiter sæpe ventis vehementioribus hominibus nocuit. Tusc. 174 b, Ventis resstantibus reijci. Attic. 74 a, Sexto die Delum Athenis venimus pridie Non. Quintil. à Piræo ad Zoltera vento molesto, qui nos ibidem Nonis tenuit. Ad v 111 Iduum ad Ceocum vicum, deinde ad Gyarum, sæuo vento, non aduerso.

† Syntaxis. *Venti sunt septentriones. Ventos habere secundos. Vehemens venti flamen. Rumorum & concionum ventos colligere. Vere primo nauigare. Quicunque venti erunt, soliam. Venti remisq; conuolare.*

VENVENDO, as. Offic. 65 a, Cum in venundando rem eam scisset, nec pronunciasset emptori. *aliter, vendendo: & re-ctius.*

VENVS, ris. *voluptas*. de Nat. 40 a, Quæ autem dea ad res omnes veniret, venerem nostri nominauerunt. & 72 a, Venus, quia venit ad omnia. & 71 a, Multas Veneres fuisse. de Nat. 38 a, Sine Cerere & Libero friget Venus. & ibid. Venus Lubentina. de Diu. 85 a, & Orat. 197 a, Veneris Gnidie Coæq; pulchritudo. de Nat. 36 b, Infima est quinq; errantium stella Veneris, quæ $\phi\omega\sigma\phi\eta\sigma$ Græcè, Latine Lucifer dicitur.

VENVSIA, iæ. oppidum, Horatii poetæ patria. Attic. 70, Tuscul. 167 b.

VENVSINVM, villa in Vanusino agro. Epist. 239 b, Vale 111. Calend. Octob. de Venufino.

VENVSTAS, tis. *proprie pulchritudo muliebri, præsertim lepor. gra-ua, inanis*. Off. 26 a, Venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. & 19 b, Venustas & pulchritudo corporis fecerni non potest à valetudine. de Orat. 106 a, Dicendi vis summa festiuitate & venustate coniuncta. & 159 b, Et reliqua, quæ hanc habent in specie venustatem, vt, &c. & ibid. Capitolij fastigium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. & ibid. Vtilitatem templi, fastigij dignitas consecuta est. Orat. 202 a, Vultus multam affert, tum dignitatem, tum venustatem. I. V. 265 a, Homo affluens omni lepore & venustate. de Orat. 96 b, Agere cum dignitate & venustate. * de Nat. 40 a, Ex Venere potius venustas, quam Venus ex venustate. Offic. 3 b, Eorum ipsorum, quæ aspectu sentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, conuenientiam partium sentit.

VENVS TE, pulcrè bellè, apè, commode. Ep. lib. 8, Qua in re mihi videtur illud per quàm venustè cecidisse.

VENVS TVS, a, um. *lepidus, festinus*. pro Dom. 232 b, Inducis etiam sermonem vrbani & venustum. I. P. 94 b, Græcus facilis, & valde venustus. Par. 123 a, Ita venusta habeantur ista, vt, &c. de Clar. 183 a, Gestus & motus corporis ita venustus, vt, & 195 b, Sententiæ non tam graues & seueræ, quàm venustæ & concinnæ.

† Syntaxis. *Venustas & pulchritudo corporis. Vis dicendi, venustate ac festiuitate coniuncta. Id venustè cecidit, id est,*

commode. Facilis atque venustus.

VEPRECVLA, læ. pro Sest. 19 a, * Vt illa ex vepeculis extracta nitidula.

VEPRES, *spina*. Tusc. 241 a, Cuius septum vndique & vestitum vepribus & dumetis indagauit sepulcrum.

VER, veris. *vernum tempus*. I. V. 241 a, Veris initium non à Faunio notabat, sed cum rosam viderat, tum incipere ver arbitrabatur. de Sen. 91 b, Ver tanquam adolefcentiam significat, ostenditq; fructus futuros. * de Sen. 88 a, Ineunte vere in ijs, quæ relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorum ea, quæ gemma dicitur.

VERAX, cis. *veridicus*. de Diu. 88 a, Multis seculis verax fuit id oraculum. de Diuin. 93 b, Tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia. & 132 b, Herodotum cur veraciorum ducam Ennio? Acad. 20 a, Veraces sensus suos effe dicit.

VERBENA, herba quædam, aut etiam omnis herba, omnesq; frondes, quibus in rebus sacris vsebantur. I. V. 226 a, Præsto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt.

VERBER, ris. *virga, flagellum*. Antequam. 195 b, Serui qui ad supplicium cæsi verberibus trahuntur. in V. 168 a, Mitto vincula, mitto carcerem, mitto verbera. I. P. 97 b, Verberibus aliquem necare. pro Pomp. 5 b, Aliquem vinculis & verberibus, atque omni supplicio excruciatum necari. I. A. 231. Tum verberibus ac tormentis quæstionem habuit publicæ pecuniæ. de Nat. 138 a, Cum verò paulum pro cesserint, lusionibus delectatur, vt ne verberibus quidem deterreri possint. * Hortens. Domitores equorum verbera adhibent ad domandum. de Leg. Octo pœnarum genera in legibus continentur, damnum, vincula, verbera, talio. &c. I. A. 262 a, Ne verbera, &c. magistratibus nostris quæstui posset esse. Topic. 227 a, Verberibus torri.

VERBERATIO, onis. *pulsatio*. Epist. 267 a, Mirificam mihi verberationem cessationem epistolâ dedisti.

VERBERO, as. *cado, pulso, virgis cado, manus affero, vim & manus affero, manus infero*. I. V. 254 b, Ad pulsandos verberandosq; homines exercitatusissimus. Epist. 266 a, Verberaui te cogitationis tacito conuicio. de Fin. 153 a, Qui seruum iniuria verberat. in Vat. 31 a, Verberare matrem. * I. A. 218 a, Ante Consules oculosq; legatorum tormentis Mutinam verberaui.

VERBEROR, ris. I. P. 93 a, Os tuum ferreum senatus conuicio verberari voluisti. I. A. 218 a, Antonius Mutinam tormentis verberaui. I. V. 161 b, Videtis pendere alios ex arbore, pulsari alios atque verberari, &c. & 238 b, Virgis oculi verberabantur.

† Syntaxis. *Conuicijs verberari, cogitatione. Verberare oppidum, id est, oppugnare.*

VERBOSE, sius. *loquaciter, copiose, multis verbis*. pro Mur. 129 b, Satis verbosè. Epist. 147 a, & 97 b, Hæc ad te scripsi verbosius.

VERBOSVS, a, um. *multis in verbis, loquax*. de Orat. 120 b, & pro D. 210 b, Potest fieri, vt res verbosior hæc fuerit, illa verior. Epist. 97 b, Habes epistolam verbosiorē forrasse quàm velles. pro Mur. 131 a, Ista vestra verbosa simulatio prudentiæ.

VERBUM, bi. *nomen, vox, vocabulum*. de Orat. 120 b, Neque enim quoties verbum aliquod est scribendum nobis, toties eius verbi literæ sunt cogitatione conquirendæ. Top. 223 b, Verba sunt rerum notæ. Part. 234 b, Verba ponenda sunt, quæ vim habent illustrandi, nec ab vsu sunt abhorrentia, graui, plena, sonantia, iuncta, facta, cognominata, non vulgata, superlata. Orator. 203 a, Iudicium electioq; verborum, poëtarum & oratorum cōmunia sunt. de Cl. 188 a, Verborum delectum originem esse eloquentiæ ex Casare. de Orat. 112 a, Ars, quæ verborum aut faciendorum, aut deligendorum scientiam proficitur. & 154 a, Rerum copia. verborum copiam gignit. & 122 a, Res atque sententiæ vi sua verba parient, quæ, &c. de Diu. 99 b, Potentiorum vim, verba ipsa prouident à maioribus posita declarant. I. P. 93 b, Existimatio, dedecus, verba sunt atque ineptiæ. Epist. 62 b, Nam me comperisse non audeo dicere, ne verè id verbum ponam quod abs te a iunt falsè in me solere conferri. & 71 a, Dicerem iucundius, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. de N. 25 a, Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitia. pro Cec. 202 a, Cum illud verbum Vnde, in vtramq; rem valeat. I. A. 215 a, Res verbo fieri interdum deterior solet. & 214 b, Quidam id verbum remouendum arbitrabantur. & ibid. Quidam ignari non modò rerum, sed etiam verborum. Par. 124 a, Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus? in Ant. 171 a, Cunctum senatum, omnem sobolem iuuentutis, vnoque verbo, remp. expulsam esse, & exterminatam. *id est, vs vno verbo dicam*. Tusc. 234 a, Hoc verbo cum beatum dicimus, subiecta

subiecta ea notio est, pro Dom. 234 a, Ex isto ore religionis verbum excidere potest? de Fin. 80 a, Verbum voluptatis non habet dignitatem. & 65 a, Non intelligo, quid sonet hæc vox voluptatis. * Orat. 199 a, Vtrum illa verba an portenta sint. ibid. Facile est verbum aliquod ardens (vt ita dicam) notare, idq; restinctis iam animorum incendijs irridere, in cer. Nullum vnquam verbum, quod reuocare vellet, emisit. ibid. Hominem ita pessundare verbis alterum velle. de Orat. 97 b, Eam rem ipsam verbis alijs, quam maximè possem, lectis pronunciarẽ. ibid. Quod ea verba, quæ maximè cuiusque rei propria, quæque essent ornatissima atque optima, occupasset aut Ennius. ibid. Ita si ijsdem verbis vterer, nihil prodesse: si alijs, etiam obesse, cum minus idoneis vti consueferem. ibid. Non solum optimis verbis vterer, & tamen vsitatis, sed etiam exprimerem quædam verba imitando, quæ noua nostris essent, dummodò essent idonea. de Clar. 177 a, Antonius in verbis & eligendis & collocandis, & comprehensione deuiniciendis nihil non ad rationem & tanquam ad artem dirigebat. de Clar. 190 a, Erat verborum & delectus elegans, & apta & quasi rotunda constructio. ibid. Comprehensio verborum. ibid. Nullum nisi loco positum, & tanquam in vermiculato emblemate, vt ait Lucilius, struendum verbum videres. Nec verò vltum aut durum, aut insolens, aut humile, aut longius ductum: ac non propria verba rerum, sed pleraq; translata, sic tamen, vt canon irruisse in alienum locum, sed immigrasse in suū diceris. Nec verò hæc soluta, nec fluida, sed astricta numeris. Orat. 199 a, Nullum verbum insolens, nullum odiosum, ponere audebat orator. ibid. Ac tamen in hoc ipso diligenter examinante verborum omnium pondera, reprehendit Aeschines quædam & exagitat, illudensq; dura, odiosa, intolerabilia esse dicit. Orat. 203 b, Amplissimis verbis & locis vti communibus. ibid. At persona alij peccant, & c. nec re solum, sed sæpe etiam verbo. Etsi sine re nulla vis verbi est, tamen eadem res sæpe aut probatur aut rejicitur, alio atque alio elata verbo. Ora. 204 a, Verba etiam verbis quasi coagmentare negligat. ibid. Negligentia de re hominis magis quàm de verbis laborantis. ibid. Circuitus conglutinatioq; verborum. ibid. Suppellex est quodammodo nostra, quæ est in ornamentis alia rerum, alia verborum. Ornatus autem verborum duplex, vnus simplicium, alter collocatorum. Simplex probatur in proprijs vsitatisq; verbis, quod aut optimè sonant, aut rem maximè explanant. In alienis aut translatis & sumptum aliunde vt mutud, aut factum ab ipso, vt nouum, aut prisicum & inusitatum. Sed etiam inusitata ac prisica sunt in proprijs, nisi quod raro vtimur. Collocata autem verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt, quod verbis mutatis non maneat, manent sententia. Nam sententiarum ornamenta permanent etiam si verba mutaueris. ibid. Ergo ille tenuis orator, modò sit elegans, nec in faciendis verbis erit audax, & in transferendis verecundus & parcus, & in prisicis, reliquisq; ornamentis & verborum & sententiarum demissior. Orat. 204 b, Cum verbum aliquod altius transfertur, idq; in oratione humili ponitur, quod idem in alta deceret. ibid. Verborum collocatio. ibid. Quod idem verbum *ῥησιμότητος* ab his Græcis etiam in sententiarum ornamenta transfertur. ibid. Verborum iterationes. ibid. Continuatio verborum modò relaxet, & diuidat, vtaturq; verbis quam vsitatissimis. Or. 205 a, Cuius oratio cum sedate, placideque loquitur, tum illustrant eam quasi stellæ quædam translata verba atque immutata. Translata ea dico, vt sæpe iam, quæ per similitudinem ab alia re, aut suauitatis aut inopiæ causa, transferuntur. Mutata, in quibus pro verbo proprio subiicitur aliud, quod idem significet, sumptum ex re aliqua consequenti. ibid. Quia quasi summuntur verba pro verbis. ibid. Abutimur verbis propinquis. & b, Verborum lumina. ibidem, Verborum lepores. Orat. 206 a, Tota mihi causa pro Cæcina de verbis interdicti fuit. & 215 a, Verborum numerorumq; iucunditas. In verbis inest quasi materia quædam ibid. Translata aut facta, aut iuncta verba facile sunt cognita, quia sumebantur è consuetudine quotidianoq; sermone. de Opt. 243 a, Quoniam eloquentia constat ex verbis & sententijs, perficiendum est, vt purè & emendatè loquentes, quod est Latine, verborum præterea & propriorum & translatorum elegantiam persequamur. In proprijs vt apertissima eligamus: in translatis, vt similitudinem secuti verecundè vtamur alienis. ibidem, Verborum est structura quædam. & b, In verbis est *visiosum*, si inquinatum, si abiectum, si non aptum, si longè petiitum. pro Sext. Rosc. 19 a, Si verbum de Republ. fecisset pro Cæcin. 295 b, Si ad rem iudicandam verbo ducimur, non re. ibidem, Verbum certè hoc non modò postulat, sed etiam cogit. ibidem, In hac re, cognita senten-

tia, interdicti verba exquiri omnia noluerunt. pro Cæcin. 296 a, Quæ verborum vis sit ac nominum. ibidem, Non quibus verbis quidque dicatur quæritur, sed quæ res agatur. ibidem, Vt iam longius à verbo recedamus. *al. decciamus*. ibidem, Verbo quidem superabis, me ipso iudicare autem ne consistes quidem vltio iudice. pro Mur. 130 a, In omni iure ciuili æquitatem reliquerunt, verba ipsa tenuerunt. de Arusp. 249 a, Aut si ædilis verbo, aut si nutu aberrauit. in Vat. 29 b, Non putas fas esse, verbum ex ore exire cuiusquam, quod non iucundum & honorificum ad aures tuas accedat. pro Cernel. 62 b, Quali verò prisicum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur. A cadem. 5 b, Fabricemur, si opus erit, verba. & 43 b, Dabitur vt in rebus inusitatis vtatur verbis interdum inauditis. Nos verò, inquit Atticus, Quinetiam Græcis licet vtare cum voles, si te Latina fortè deficient. Benè sanè facis. Sed enitar vt Latine loquar, nisi in huiuscemodi verbis, vt philosophiam, & c. appellem: quibus, vt alijs multis, consuetudo iam vtitur pro Latinis. ibidem, Quas *ποιήματα* Græci vocant. Quod ipsum apud Græcos non est vulgi verbum, sed philosophorum. Atq; id in multis Dialecticorum verò verba nulla sunt publica: suis vtuntur. A cadem. 44 a, Si eos non modò copia rerum aueris, sed etiam verborum. Audebimus ergo, inquit, nouis verbis vti. ibid. Faciamus tractando vsitatus hoc verbum & tritius. ibidem. Ipsæ res verba rapiunt. de Leg. 186 b, Veteres verbo tenus acutè illi quidem, sed non ad hunc vsum popularem atque ciuilem, de Repub. differabant. Epist. 37 a, Idque me arbitror Synnadis pro tribunali multis verbis disputauiße. Epistol. 140 a, Si quod sit in obscenitate flagitium, id aut in re esse, aut in verbo. ibid. Totus est sermo verbis tectus, re impudentior. ibid. Vides igitur cum eadem res sit, quia verba non sint, nihil videri turpe. Ergo in re non est: multo minus in verbis. Si enim quod verbo significatur: id turpe non est: verbum, quod significat, turpe esse non potest. ibid. Sed quia multis factum est tam obscenum, quàm id verbum, quo tu vsus es, & b, Non ergo in verbo est obscenum. ibid. Turpitudinem nec in verbo esse, nec in re. Ergo in verbis honestis obscena ponimus. Quid enim? non honestum verbum est diuisio? At inest obscenum, cui respondet intercapedo. ibid. Et quidem iam non etiam obscena verba pro beneis sunt. Testes verbum honestissimum in iudicio, alio loco non minus. Epist. 141 a, Quàm multa ex ex vno verbo tuo? ibid. Itaq; tectis verbis ea ad te scripsi, quæ apertissimis agunt Stoici de Orat. 161 a, Vt cum se mente ac voluntate coniecisset in versum, verba sequenter. Orat. 210 b, De verbis componendis, & c. loquemur: quæ etiam si sunt, sicuti mihi videntur, necessaria: tamen sunt magnificentius quàm docentur. *De verbo habentur plurima. in Paris 231 a, & b, & 232 a, Epist. 263 a, Vnde illud. tam ἀνεργον, Valetudini fideliter inferuendo? Vnde in istum locum Fideliter venit? Cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum miltæ.*

¶ Ad verbum Verbum è verbo, Totidem verbis, Eisdem verbis. de Diu. 100 b, Quod somnium mirificè ad verbum cum re conuenit. Tusc. 199 b, Aut ea quæ modò expressa ad verbum dixit de libro tollenda. de Fin. 49 b, Latina fabulæ ad verbum de Græcis expressæ. Acad. 34 a, Ad verbum ediscendus libellus. de Orat. 97 b, Ediscere ad verbum quamplurima scripta. Acad. 5 b, Aut si verbum è verbo volumus, comprehensio, quam *κατάληψις* illi vocant. & 9 a, *Κατάληψις*, quam verbum è verbo exprimentes, comprehensionem dicimus. de Fin. 85 b, Epistola, quam modò totidem ferè verbis intepretatus sum. Topic. 223 b, *Ἐπιμυθολογία*, id est, verbum ex verbo, veriloquium. de Clar. 196 a, Totidem quot dixit (vt aiunt) scripta verbis oratio. de Opt. 144 b, Verbum pro verbo reddere. Attic. 90 b, Totidem verbis transferre aliquem locum ab aliquo autore. I. Verr. 152 b, Recitare literas totidem verbis. de Cl. 193 a, Hortensius, quæ commentatus esset, ea sine scripto eisdem verbis reddebat. Epistol. 37 a, Transferre totidem verbis. de Fin. 111 b, Quod illi verbis suis significant.

¶ Verbo aliquid facere, dicere, & c. (re, & c. Epist. 148 a, Plura illi mandata verbo quàm scriptura dedi. pro Flac. 150 b, Testes si verbo tubarint, quo reuertantur, non habebunt. I. C. 106 b, Quo verbo si assequi possum, ipsos istos eijcere, qui hæc loquuntur. I. V. 122 a, Verbo promittere. (re negare. Tusc. 151 a, Verbo premere aliquem. in Sal. 273 b, Vbi rerum testimonia ad sunt, non opus est verbis.

¶ Verba dare, recipere. Att. 246 a, Verba dari mihi facile patior in hoc, meq; libenter præbeo credulum.

¶ Verba facere, vel habere. pro dicere. I. V. 234 a, Facere verba in senatu. de Cl. 189 b, Qui nunquã verbum in publico

fecerunt. I. V. 118 b, Facere verba apud senatum. pro Pom. 14 a, Permulta contra legem Gabiniam verba fecisti, de Diuin. 117 b, Multa verba fecisti, &c. pro Plan. 263 a, Verbum nemo fecit. Qu. fr. 322 b, Sic vt Calidio verbum pro eo facere non licuerit. I. A. 187 b, Ad eos tamen ipsos qui aderant, ne verbum quidem ausus est facere de Casare. Ep. 60 a, Multa de te verba feci. & 117 a, Neque verbum de te facio. in V. 234 a, Antequam verbum facerem, de sella surrexit atque abiit. Orat. 262 a, Verba facimus pro Buthrotijs. I. V. 60 b, Propinquis qui aderant, verbum nullum facit. de Inu. 80 a, Habere verba.

¶ Verbi causa & gratia. *exempli gratia*. de Fat. 141 a, Si quis, verbi causa oriente canicula natus est. Acad. 32 b, Verbi gratia. * I. V. 134 b, Verbi causa.

¶ Meis verbis, *meo nomine* pro Mur. 130 a, Meis verbis & meo nomine. Att. 259 a, Atticę quoniam hilarula est, meis verbis suauium des. & 254 b, Tu Atticam quęso cura, & ei salutem & Pyliaę, Tulliaę quoq; verbis plurimam. Epist. 66 b, Cum Sura locutus sum, vt ei meis verbis diceret, &c. & 249 a, Si ei meis verbis eris gratulatus.

† Syntaxis. *Caput integrum, est formulę egregijs refertum. Ne igitur actum agatur, ad illud lectorem hortamur.*

VERCELLARUM, *vrbs Italiae*. Epist. 176 b, Bruti.

VERE *reuera, scilicet, in veritate*. (*falsò inaniter, fictè* pro S. R. 27 a, Verè nihil potes dicere: finge aliquid saltem commode. Academ. 10 b, Cum sit incertum, verè inaniter moueatur. pro Muræ. 125 b, Cum graue est, verè accusari in amicitia, tum etiam si falsò accuseris, non est negligendum. pro Plan. 272 b, Verè me hercules hoc dicam, si tum, &c. Orat. 110 a, Sed tamen verè dicam, mallem, &c. Offic. 54 b, Honestum quod propriè vereque dicitur, in sapientibus est solis. pro Dom. 228 b, Maiores nostri, qui non fictè & fallaciter populares, sed verè & scienter fuerunt. Attic. 82 a, Non *επιβολικῶς*, sed verissime loquor. L. VERVS. Quint. frat. 305 b, Ad me verè omnia perscribes. & 296 a, Si verè cogitare volumus. Attic. 98 b, Pompeius verè iudicat. pro S. R. 42 a, Verè ac liberè loqui. Epist. 196 b, Verè tecum agam, vt necessitudo nostra possit.

¶ Meritò, pro Arch. 190 a, Et verè *id est, & rectè, vel meritò, vel neque iniuria*.

† Syntaxis. *Non verè, sed inaniter, sed falsò. Verè me hercules. Non fictè & fallaciter, sed verè & scienter. Verè non επιβολικῶς. Verè ac liberè loqui. Id eò verè datur. id est, meritò rectè.*

VERECUNDANS, *tis, erubescens, pudore affectus*. de Or. 131 b, Sp. Caruilius grauius claudicans: & ob eam causam verecundans in publicum prodire. de Or. 146 a, Cunctatè, & quasi verecundantem incitare.

VERECUNDÈ, *dius prudenter*. Top. 221 a, & de Clar. 172 a, Verecundè tu quidem, vt omnia. de Fin. 115 b, Tum ille timidè, vel potius verecundè. Epist. 96 a, Verecundè dubitanterq; recipere aliquam causam. de Or. 99 a, Verecundè hac de re iam dudum loquor. * Ep. 69 a, Vt verecundius ipsi de se scribant necesse est.

VERECUNDIA, *diæ pudor, rubor, modestia, ingenuitas*. Part. 236 b, Verecundia custos est omnium virtutum, dedecus fugiens, laudemque maximè consequens. 257 a, Verecundiam timiditas imitatur. Off. 19 a, Verecundia, & quasi quidam ornatus vitæ. & 20 a, Iustitię partes sunt, nō violare homines: verecundię, non offendere & 30 a, Hoc solum animal natum est pudoris & verecundię particeps. de Fin. 110 a, Cynicorum ratio est inimica verecundię, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum. Off. 26 a, Scenicorum quidem mos tantam habuit à veterè disciplina verecundiam, vt in scenam sine subligaculo prodeat nemo. pro Quint. 7 a, Homo timidus virginali verecundię. Epist. 54 b, In externis locis minor est ad finis verecundia. Orat. 220 b, Verecundia negandi, scribendi impudentiam suscepimus. Attic. 122 b, Malo Tyronis verecundiam in culpa esse, quàm illiberalitatem Cuij. Attic. 224 a, Meam stultam verecundiam, qui voluerim, &c. & 279 a, Nihil existimatio ciuium valet, nihil posteritatis verecundia. Quint. frat. 312 b, Mea factum est inuisa verecundia, vt te proficiscens non tollerem. & 319 b, Cæsar meam in rogando verecundiam obiurgauit. Offic. 26 a, Pleraque in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. de Amic. 111 a, Maximum ornamentum amicitiaę tollit, qui ex ea tollit verecundiam. * Tusculan. 243 a, Nec verò illa sibi remedia comparauit ad tolerandum dolorem, firmitatem animi, turpitudinis verecundiam. de Leg. 166 a, Quid verò de modestia, quid de temperantia, quid de continentia, quid de verecundia, pudore, pudicitia que dicemus? Ep. 67 b, Qui semel verecundię fines transferit, cum benè & nauiter oportet esse impudentem. & 140 a, Amo verecundiam, vel potius libertatè loquendi. & 141 a, Ego seruo & seruabo (sic. n. assueui) Platonis verecundiã.

† Syntaxis. *Verecundè, dubitanterque. Pudor ac verecundia. Virginali verecundia timidus. Cunctans & verecundans loquitur prae.*

* VERECUNDOR, *aris. Hortens.* Hi nostri amici verecundantur.

VERECUNDVS, *a, um pudens*. (*peritans*. de Orat. 141 b, Habetis sermonem hominis, vtinam non impudentis: illud quidem certè, non nimis verecundi. Epist. 111 a, Verecundus in loquendo. de Leg. 166 a, Innocentes ergo & verecundi sunt, vt benè audiant: & vt rumorem bonum colligant, erubescunt, & pudet impudica loqui. I. A. 159 b, Tu antè ea in te admisisti, quæ à verecundo inimico audire non posses. Epist. lib. 9, Verecundi ad monitores. * Epist. 69 a, Verecundiores esse praecones ludorum gymnicorū. Moderatus. de Orat. 158 a, Verecunda debet esse translatio. Orat. 204 a, In transferendis verbis verecundus & parcus. * Orat. 204 a, Verecundus erit vsus oratoriae quasi suppellectilis.

¶ Pudicus, *minimè obscenus*. Orat. 202 a, Oratio casta verecunda, virgo incorrupta.

VERENDVM I. A. 203 b, Ne verendum quidem est, vt tenebre possit, vt moderari, ne honoribus nostris elatus, intemperantiùs suis opibus vtatur.

VERENS, *tis*. de Sen. 94 a, Vos tamen deos verentes, memoriam nostri piè seruabitis. Att. 248 a, Tum me collegi, verens quid, &c. contra Rull. 65 a, Verendum crede nobis erit, ne, &c. Epist. 78 b, Cuius tanti mali vereor, ne consolatio vlla possit vera reperiri.

VEREOR, *tis. extimisco, non nihil commoueor*. I. A. 245 b, Quid? veteranos non vereor? nam timeri se, ne ipsi quidem volunt. de Finib. 73 a, Quos non est veritum in ea voluntate summum bonum ponere. ad Herenn. 11 b, A quo supplicium verebatur. Attic. 129 a, Quod veritus sum, factum est. & 223 b, Ac vereor Gallica etiam veritas, ipse Sestius quò euadat. de Leg. 163 a, Quocirca vereor committere, vt non bene prouisa principia ponantur. pro Mar. 132 b, Vereor vt hoc quod dicam, non intelligi auditu possit atque ego ipse cogitans sentio. Epist. 68 b, Ac non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari gratiam tuam videar. de Orator. 135 b, Non vereor, ne quis iam in isto genere me leuiorem putet. & 94 a, Perge verò Crasse, inquit Mutius: istam enim culpam quam vereris, ego praestabo. Attic. 152 b, Vereor, quid agas. de Natur. deor. 69 a, Qui si dii non sunt, vereor quid agat Ino *id est, dubito, quæro, nescio*. Epistol. 120 b, Vereor quomodo hoc homines accipiant. de Clar. 166 b, Vereor ecquòdnam curriculum aliquando sit habitura, &c. Attic. 105 b, Quòd scribis eum in vrbe introisse, vereor quid sit: nam, &c. Orator. 197 a, Is qui vereretur reprehensionem doctorum atque prudentium * pro Quint. 1 a, Summa gratia & eloquentia: quarum alteram eloquentiam vereor: alteram gratiam metuo. I. V. 175 b, Vt cum obtutum campum vidisses, annonæ caritatem non vererere.

¶ Vereor ne: *affirmat id quod sequitur*. de Amic. 107 a, Neque enim verendum est, ne quid excidat. pro Syll. 179 b, In ipsa rogatione, ne per vim quid ageretur, quis tamen vestrum. Syllam verebatur? de Orator. 105 b, Veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. Academ. 35 a, Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem, &c. Epist. 78 b, Non vereor ne eum miserum esse nefas sit dicere: *id est, non dubito, quin*. Epistol. 180 b, Non vereor, ne meæ vitæ modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores. & 21 a, Non vereor, ne quid stultè facias. & 30 a, Verebar, ne id ita caderet, quod etiam nunc vereor, ne antequam tu, &c. & 18 a, Non enim vereor, ne non scribendo te expleam. & 236 a, Quibus bus literis intellexi te vereri, ne superiores mihi reddita non essent.

¶ Vereor vt: *negat id quod sequitur*. Attic. 183 a, Videris vereri vt epistolas tuas acceperim. Epist. 238 a, Vereor vt Dolab. illa ipse satis vobis prodesse possit. Tusc. 185 a, Et tamen veremur, vt hoc natuta non patiat? contra Rullum 77 b, & I. C. 131 b, Quòd vos factus non iusseritis, vereor vt satis firmum sit. de Orat. 48 b, Sed illa duo, Crasse, vereor vt tibi possim concedere. Attic. 85 b, Quod vereor tibi ipsi vt probem. Attic. 113 a, Et tamen vereor, vt his ipsi contentus sit. de Am. 93 a, Vereor vt idem interitus sit animorum & corporum.

¶ Observo. Qu. fr. 303 b, Quem meus Cicero & amabat vt fratrem, & iam vt maiorem fratrem verebatur. Off. 37 b, Maximeq; curandum est, vt eos quibus cum sermonem conferimus, & vereri & diligere videamur. de Sen. 48 b, Metuebant eum serui, verebantur liberi. de Amic. 111 a, Neque solùm colent seueritè, ac diligunt, sed etiam verebuntur: nam maximum ornamentum amicitiaę tollit, qui ex ea tollit verecundiam. ad Herenn. 35 a, Quos aut vereri,

vereri, aut metuere debemus. pro Pl. 265 a, Is patrem veretur vt Deum.

¶ *Spero, puio.* Att. 203 a, Tyronem habeo citius quam vererbar. id est, *putabam.*

VERGILIAE, arum. *stella septem in dorso Tauri: sic dicta, quod vere oriantur.* de Nat. 48 a, Propter Perseidæ iuuum genu
 --- *Vergilias tenui cum luce videbis.* & in Arat.

VERGOGIS, *inclinatus sum.* de Nat. 49 a. Omnes partes terre in medium vergentes. Qu. fr. 320 b, Id rectum nunc honestè vergit in rectum inferioris porticus. Attic. 236 a, Ni Bruti auxilium ad Italiam vergere, quam ad Asiam masculis.

VERIDICVS, a, um. *verax, apertus.* de Diu. 101 a, Veridicæ voces ex occulto missæ. pro Flac. 162 a, Veridicæ adiungis causas in imicitiarum, quod d, &c.

VERILOQVIVM, ij. Top. 223 b, *Ἐπιμολογία*, id est verbum ex verbo, veriloquium: nos autem nouitatem verbi non satis apti fugientes genus hoc notationem appellamus.

VERISIMILIS, le. *similis veri, creditilis, probabilis, consentaneus, quod maxime specie re itans mouet.* de Orat. 116 b, Narrationem iubent verisimilem esse, & apertam, & breuem. pro S R. 25 a, & 36 a, Non enim ita disputabo, verisimile est Roscios hoc fecisse, & 37 b. Non est verisimile, vt Chrysgonus horum literas adamarit de Clar. 179 b, Non verisimile est, quam sit in vtroque genere distinctus Cato. pro Quint. Rosc. 48 b, Vtrunque ex vtriusque persona verisimile videtur. Acad. 9 b, Volunt probabile aliquid esse, & quasi verisimile de Inuent. 48 b, Verisimile & probabile. Tuscul. 220 a, Quid esset similitimum veri quærere. Epist. 185 b, Id autem eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur.

VERISIMILITUDO, *similitudo veri, probabilitas.* Acad. 27 a, Cum possit sine assensione ipsam verisimilitudinem non impeditam sequi. de Vnu. 196 a, & Part. 233 b, Bene agi putat, si similitudinem veri consequatur.

¶ *Syntaxis. Probabile, & quasi verisimile. Verisimile & probabile. Vero & verisimile.*

VERITAS, tis. *verum, vera ratio, res.* de Inu. 82 a, Veritas est, per quam inmutata ea quæ sunt, aut fuerunt aut futura sunt, dicuntur. de Diu. 85 a, Nunquam perfectè veritatem casus imitatur de Orat. 220 a, Veritas in occulto latet. pro Cæl. 51 a, O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraq; fidas omnium insidias, facile se per se ipsam defendat. de Leg. 156 a, Qui in isto opusculo non vt à poëta, sed vt à teste, veritatem exigunt. de Orat. 104 b, Nec ornatus causam suam dici voluit, quam simplex ratio veritatis ferebat. Offic. 40 a, Subtilitas illa, cum veritas limatur in disputatione. Off. 3 b, Sunt alij simplices, aperti, veritatis cultores, fraudis inimici. de Orat. 97 b, Et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est, & 98 a, Vide ne plus ei tribuas, quam res & veritas ipsa concedat. Tuscul. 230 b, 231 a, Cum animam ab ista pictura imaginibusq; virtutum, ad rem veritatemq; traduxeris. de Orat. 89 a, Græci contentionis cupidiores, quam veritatis. & 116 a, Homines expertes veritatis. Orat. 229, Qui à forma veritatis, & ab Atticorum regula ab sunt. Att. 52 a, Hæc veritas etiam si iucunda non est, tamen mihi grata est. de Orat. 111 b, Qui actor in imitanda, quam orator in suscipienda veritate iucundior? Offic. 13 a, Vir bonus & simplicis veritatis amicus. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Veritas in sensibus maxima. de Nat. deor. 1, Veritas sempiterna futurarum rerum, in lege. pro Quint. Veritas alicuius. id est, *æquitas & iustitia.* Tuscul. q. lib. 5, Veritas iudicandi. 11. ad Attic. Veritas literarum tuarum non me offendit. Off. 1, Veritas prudentiæ, quasi materiæ, quam tractat, & in qua versetur, subiecta est. 2. de Orator. 18, Veritas in omni re vincit imitationem. de Nat. deor. 1, Veritatis consilium petere ab animis consuetudine imbutis. de Nat. deor. 1, Veritatis ignoratione, vulgi opiniones in maxima inconstantia versantur. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1, Veritatis iudicium quanquam oritur à sensibus, tamen non esse in sensibus, secundum Academicos. Aca. quæst. edit. 1. lib. 2, Veritatis luce menti hominis nihil dulcius. ibid. Veritatis nota. de Orat. 104 b, Acad. quæst. ed. 2. lib. 1, Simplex ratio veritatis. de Amic. Ad veritatem loqui. de Nat. deor. 1, Non opinione solum, sed etiam ad veritatem planè velim mihi persuaderi. 3. de Offic. Nihil contra inutilius ei, qui id iniuste consecutus sit, inuenio, quam ad veritatem cepti reuocare rationem. de Natur. deor. 1, Simonidem arbitror despectasse omnem veritatem. pro Deior. Veritatem obtinere. pro Rosc. Com. Ex veritate pauca vulgus æstimat. de Nat. deor. 1, Ex æterna veritate causatumq; continuatione confluxit, quæquid accidit. Epistol. 218 a, Neque id ambitione adductus facio, sed tum familiaritate & necessitudine, tum etiam veritate. pro Quint. Veritate colitur amicitia. 1, ad Quint.

frat. Non veritate solum, sed etiam fama niteretur. * in Verr. 180 a, Desinat putare se emere, quam ipse semper veritatem habuit veritatem. Incer. Comœdia est imago veritatis. pro Quint. 1 b, Vt multis incommodis veritas debilitata tandem æquitate talium virorum recreetur. ibid. Si apud hoc consilium ex opibus, non ex veritate causa pendetur. ibid. Certè aut apud te & eos, qui tibi adsunt, veritas valebit: aut ex hoc loco repulsa vi & gratia locum vbi consistat reperire non poterit. pro Quint. 2 a, In tuam C. Aquili fidem, veritatem, misericordiam P. Quintius confugerit & 4 b, Si veritate amicitia, fide societates, pietate propinquitas colitur. & 13 b, Ita se graues esse, vt si veritatem volèret retinere, grauitatem possint obtinere. Si eam negligent, &c. pro Quint. 15 a, Est quædam tam en ira perspicua veritas, vt eam infirmare nulla res possit. & b, In hac causa improbitatem & gratiam cum inopia & veritate contendere. & 17 a, Cum veritas cum hoc faciat. Acad. 9 b, Naturam accusa, quæ in profundo veritatem (vt ait Democritus) penitus abstruserit. & 47 a, In profundo veritatem esse demersam de Amic. 113 a, Obscurum amicos, veritas odium parit. Molestia veritas est, si quidem ex ea nascitur odium. ibid. Qui veritatem aspernatur. ibid. Cuius aures clausæ veritati sunt. & b, Delet simulatio veritatem, sine qua nomen amicitia valere non potest. Ep. 225 a, Vt suum negotium pro causæ veritate & pro sua dignitate conficiat.

† *Syntaxis. Ad veritatem reuocare rationem. Commentationem in lucem veritatis proferre. Limatur veritas in disputatione. Animum ad rem ac veritatem traducere. Ad veritatem loqui, persuadere. Desperare veritatem, obtinere, retinere. Ex veritate iudicare. Veritate colitur amicitia.*

VERMICVLATVS, a, um. *ornamentis, quasi vermiculis aut tessellulis variatum & distinctum.* de Or. 158 b, Emblema vermiculatum. de Clar. 190 a, ex Lucil. Orat. 210 b,

Quam lapidè ixeis compositæ, vt tessellula omnes Arte, pavimento, atque emblemæ vermiculato.

VERNA, ne. *seruus domi nostræ ex ancilla, aut seruo natus.* Epist. 124 a, Belhenus verna Demetrii. Famil. lib. 11, Vernarum causa. Bruii.

VERNACVLVS, a, um. *domesticus.* Ep. 134 b, Antiqua & vernacula festiuitas. I. V. 179 b, Domesticum atq; vernaculum crimen. de Orat. 151 b. Quotidianæ & vernaculæ res. * de Clar. 180 a, Tineam Granius obtruerat nescio quo sapore vernaculo.

VERNVS, a, um. *veris.* de Sen. 91 a, Verni temporis suauitas. Tuscul. 235 b, Alia verno tempore tepescita fronde fecunt. in Ar. Vernum lumen) (*æstumale.*)

VERO, *ausum.* de Or. 90 b, 91 a, Poëta numeris astringitur paulo, verborum autem licentia liberior, multis verò ornandi generibus socius. ac penè partim hoc quidem certè prope idem, nullis vt numeris, &c. pro Cæc. 286 a, Hoc reprehendendum fortasse minus, quærendum verò magis etiam videtur. ideo quod, &c.

¶ *Certè quidem.* de Sen. 82 b, Non verò tam isti mortui sunt, quam tu nugator. de Leg. 171 a, Sed verò intelligi sic oportet, &c. & 170 b, Est verò ita, sed, &c. I. C. 113 a, Est verò inquam notum signum imago aui tui, &c. Tuscul. 180 b, At verò nos, &c. Off. 58 b, Minime verò non enim / &c. de D. 82 a, Dicitur istuc quidem à Cotta & verò sapius: sed, &c. de Diu. 112 b, Quod enim is qui diuinat, prædicat, id verò futurum est. Attic. 263 a, Quod sæpe præsens & illorostendisti, & verò etiam mihi. pro Muren. 35 a, Exturbare eum, qui & per se & per suos, & verò etiam per alienos defendatur. de Clar. 174 a, Et verò maximus ille Scipio vehemens fuit, & 179 Et verò fuit in hoc, & pro Cluent. 21 a, Sed ea verò sic agitur, &c. Att. 101 a, Illud tamen de Chrylippo: nam de illo altero, & c. Chrylippum verò, &c. Tuscul. 180 b, Fuisti sæpe credo in scholis philosophorum. A. Verò ac libenter quidem.

VERREA, *festi Verri dicata.* I. V. 118 a, Verrea agere. & ibid. b, O Verrea præclara. I. V. act. 6, Verrea flagitiosa. ead. Verrea turpia, & ridicula. & *aiibi sæpe.*

* *Verres, is.* C. Cornelius Verres prætor Siciliae eam grauissimè afflixit, ideoq; à Ciceroe accusatus est I. V. 63 b, Est adhuc nō Verres, sed Q. Mutius, &c. Sed repente è vestigio ex homine, tanquam aliquo Circeo poculo factus est Verres. Alludit ad verrem hoc est, porcū non castatū.

VERRINVS, a, um. I. V. act. 3, Negabant mirandum esse ius tam nequam esse verinum. *iocus ex ambiguo.*

VERRO, ris. *scopis quisquiliæ, puluerem, & alias sordes aufero, eicio.* Para. 123 a, Qui tractant ista, qui tergunt, qui vagunt, qui verrunt, &c.

VERRUCOSVS, a, um. *qui verrucis plenus est, est autem verruca eminens in corpore caruncula, sine pruritu.* de Clar. 169 b, Q. Maximus Verrucosus orator habitus est temporibus illis.

VERRVNO, as. *verso*. de Diu. 90 a, Perpropinqua hæc bene verruncunt populo. Accij.

VERSANS, tis. *volsens*. de Nat. 79 a, Deus versans cælum.

VERSATVS, a, um. *tractatus, exercitatus, subiectus*. pro Qu. 1 a, Homo & in alijs causis exercitatus, & in hac multum & sæpe versatus. * Epist. 208 a, Versatus in vtrifq; subfellijs optima & fide & fama.

VERSCOLOR, tis. *dubio variæ colore*. de Fin. 94 a, Plumæ versicolores columbis.

¶ *Actus*. I. V. 157 b, Terræ, in quibus bellum acerbum versatum est. pro Ar. 189 b, Bellum magnum atque difficile, & in magna varietate terra mariq; versatum.

VERSCVLVS, li. Att. 68 a, Nunc venio ad transversum illum epistolæ tuæ versiculum, in quo me admones de forore. Or. 203 a, Versiculi comicorum. pro Dom. 22 a, Hoc pati potestis, vt singuli ciues singulis versiculis è ciuitate tollantur? pro Mil. 115 a, Ne quid respub. detrimenti caperet: quo vno versiculo satis armati semper consules fuerunt. de Leg. 172 a, Leges vno versiculo senatus puncto temporis sublata. Att. 121 b, Scripto iam superiore versiculo Heros mihi dixit, sibi Murænam liberalissimè respõdisse. Attic. 281 a, Tribusne versiculis in his temporibus Brutus ad me? * Attic. 205 b, Spurius epistolæ mihi pronunciabat versiculis facietis.

VERSO, as. *conuerso, voluo, tracto*. Tusc. 150 a, Tum illud quod Sisiphus versat saxum, &c. de Fin. 85 b, & 144 b, Versare se huc & illuc I. V. 124 a, Ita que æstuabat dubitatione, versabat se in vtramque partem, non solum mente, verum etiam corpore.

¶ *Tracta*. Or. 199 b, Non vt in iudicijs versaret causas, sed vt, &c. Or. 20 b, Versare sæpe multis modis eandem rem.

¶ *Conuerso, flecto*. pro Cæl. 40 a, Versare suam naturam, & regere ad tempus. pro Cl. 22 a, Ad omnem malitiam & fraudem versare mentē suam, hæc secum cogitare cœpit.

¶ *Rapio, angro, vexo*. de Sen. 77 a, --- curam uel uassō.

Quæ nunc te coquit & versas sub pectore fixa.

VERSOR, ris. *conuorsor*. de Somn. 128 b, Orbis, qui versantur retrò contrario motu atque cælum. de Fat. 149 a, Cylindrum volui, & turbinem versari putes. de N. 12 a, Nullo puncto temporis intermissio versari mundum circum axem cœli admirabili celeritate.

¶ *Do operam, incumbo, insudo, laboro, consuesco sum*. I. V. 265 b, Versabatur in Sicilia longo interuallo alter non Dionysius ille, nec Phalaris, sed quoddam nouum monstrum ex vetere illa immanitate, quæ in iisdem locis versata esse dicitur. de Ar. 258 a, Vt Deus aliquis cœtus hominum adeat, versetur in terris. pro Font. 280 b, Sic existimatis eos hic sagatos versari animo demisso, &c. in A. 280 a, Pueri ingenii cum meritorijs, scorta inter matres familiâs versabantur. in Ant. 164 a, Cum inter subfella nostra versentur armati. Postquam. 206 a, Hostis intra mœnia versatus est. pro Mil. 107 b, An verò tu solus ignoras? Tu hospes in hac vrbe versaris? tuæ peregrinantur aures, nec in hoc peruulgato ciuitatis sermone versantur? Attic. 160 a, Nec versari inter eos sine dedecore potero. in C. 99 b, Nob secum versari iam diutius non potes. de Diu. 104 a, Versari cum aliquo. de Ar. 249 b, Si effectis, versareminiq; nobiscum. Qu. fr. 302 a, Plato Epicureus, qui Athenis solet esse multum. in C. 104 b, Non enim iam inter nos sic illa versabitur. p. Fl. 160 b, Annos iam triginta in foro versaris. pro Cæl. 38 a, Cælius iam diu minus in foro nobiscum versatur. in V. 175 b, Cum in ea prouincia magnæ fugitiuorum copię versatæ sint, pro Cec. 301 a, In meis castis præsidijque versaris. Qu. fr. 296 a, Quoniam in istis vrbibus cum summo imperio & potestate versaris. de Or. 302 a, Orator incolumis inter hostium tela versari potest. pro S. R. 21 a, Eo tempore Roscius erat Romæ frequens, atque in foro, & in ore omnium quotidie versabatur. Orat. 200 a, Cum in Italiæ luce cognosceris, versarisq; in optimorum ciuium vel flore, vel robore. de In. 48 b, Versari in rep. pro R. P. 126 a, Plato in maximis periculis insidijsq; versatus est. Off. 64 b, Perpaucæ res sunt, in quibus dolus malus non versetur. de Leg. 175 a, Tum maximè & religionem, & pietatem versari in animis, cum rebus diuinis operam damus. & 190 b, Dicam Attice, & versabor in re difficili. Att. 38 a, In commemoratione earum rerum, quas gessimus, desiderioq; versamur, de Orat. 123 b, Omni mente & cogitatione cura que versor, vt odoror, &c. de Orat. 134 a, In omni tempore decet leporem humanitatemq; versari. & 86 a, Dicendi ratio in medio posita, communi quodam in vsu, atque in hominum more & sermone versatur. de Orat. 96 b, Causæ quæ in iudicijs versantur, aut deliberationibus & 99 b, Num desistit vterque nostrum in testamentorum formulis, hoc est in medio iure ciuili versari? I. V. 226 a, Acerbissimum tota vrbe luctum versari. pro Mur. 144 b, Versabitur in castis furor, in curia timor, in fo-

ro coniuratio. cont. Rull. 62 a, Agri, in quibus ille bellum gerit atque versatur. de Nat. 77 a, Inuita in hoc loco versatur oratio. pro Quint. 5 b, Ingenia, quæ antea versabantur in salute atque auxilio ferendo. I. C. 119 b, Vterque & pro sua dignitate & pro rerum magnitudine in summa seueritate versatur. pro Fl. 164 b, Videtis in quo motu temporum, quanta in conuersione rerum ac perturbatione versetur. pro Plan. 267 b, In tenebris quàm in luce causam versari maus. I. C. 121 a, Largitionis voluntas tum in rep. versata est, & partium quædam contentio. pro Mur. 126 a, Quarum partium vna in reprehensione vitæ, altera in contentione dignitatis, tertia in criminibus ambitus versata est. Antequam. 194 b, Nos quorum & officia in temp. recentissima, & in commoda ob temp. frequentissima in familia versantur. Postquam. 207 a, In omni parte corporis aliquam delectationem gaudiumq; versari. in P. 97 b, Iuuentus languet, nec perinde atque debet in laudis & gloriæ cupiditate versatur. pro Planc. 264 a, Minturnenses coloni, quod C. Marium testo receperunt, æterna in laude versantur. pro Mil. 116 b, Vt in communi odio penè æqualiter versetur odium meum. pro Planc. 276 b, Cui non locus ille, vbi quisque alius est, cum grata recordatione in mente versatur? Off. 41 a, Qui tanquam in clarissima luce versantur, & qui in hominum ignoratione versantur. pro Clu. 51 b, Quæ res in quæstione versetur. Attic. 280 a, Maximo in discrimine resp. versatur Epistol. 3 a, Versamur in rebus exulceratis & exagritatis, &c. Orator. 301 a, Quod in controuersia aut in contentione versatur. pro S. R. 31 a, Qui in egestate & insidijs versatur. pro Sext. Rosc. Qui omni tempore in præda & sanguine versabantur. Attic. 25 a, Pomponiam & puerum versari in timore ruinæ. I. V. 101 b, Istius iniquitas in ore vulgi & in communibus prouerbijs versabatur. contra Rullum 66 b, Versantur in animo multæ & graues cogitationes. de Finib. 60 a, Versari in animo alicuius. A cadem. 45 a, Bona, quæ in animo, atque in ipsa virtute versantur. & 10 a, Versari in errore. de Nat. 1 b, Versari in summo errore, atque in omnium rerum ignoracione. contra Rullum 67 a, b, Versatur enim magnus error propter insidiosas nonnullorum simulationes. A cadem. 35 a, Versari in vicinitate. *id est, esse viciniam*. Epist. 252 b, Versari in gemitu. de Finib. 70 b, Versari in magnis angustijs. Epistol. 56 b, Versor que in eorum naufragijs, & bonorum direptionibus. & 96 b, Versari in miserijs. Epistol. 67 b, Si vno in argumento mens tua tota versabitur. de Arusp. 24, Versari in studio literarum. Epist. 48 a, Versari in artibus ingenuis. Epistol. 88 a, Versari in studijs & literis. & 92 a, Versatus in rebus & vsu. A cadem. 227 b, De rebus, in quibus versatur, exercitatusque est. pro Dom. 220 a, Versor in medio iure publico. pro Fon. 281 b, Homo in hac vitæ ratione versatus. pro Ar. 185 a, Exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse versatum. de Diuin. 110 b, Res, quæ in philosophia versantur. Offic. 4 a, Huic quasi materia quam tractet, & in qua versetur, subiecta est veritas. pro Quint. 10 a, Non ad solarium, non in campo, non in conuiuijs versatus est. Orat. 208 a, Nam ipse quidem res in perfacili cognitione versatur. ad Heren. 27 a, Cui etiam nunc prædagogi lites ad auriculas versantur. Epistol. 115 b, Librum versari inter manus. in Ant. 215 a, Ergo illi nunc in pace versantur. Attic. 72 b, Nondum enim in negotio versaris, & 81 b, Tu, cuius os ante oculos mihi solet versari. de Or. 85 b, Mathematici magna in obscuritate rerum, & recondita in arte, & multiplici subtiliq; versantur, & 87 a, Quæ quondam accipi nostrorum hominum in disputatione esse versata. & 107 b, In omni recto studio atque humanitate versari. Attic. 239 a, In magnis versamur angustijs. Off. 14 a, Ferre ea quæ videntur acerbæ, quæ multa & varia in hominum vita fortunaq; versantur. & 30 b, Opifices omnes in fordida arte versantur. * Epistol. 22 a, Qui cum Pompeio complures dies nullis in alijs nisi de Republic. sermonibus versatus sum. I. V. 171 b, In Apronianis illis rapinis in quæstu sunt. Off. 4 a, Aut enim in perspicientia veri solertiaq; versatur *honestum*; aut in hominum societate tuenda, tribuendoq; suum cuique. & rerum contrarium fide: aut in animi excelsi atque inuidi magnitudine ac robore: aut in omnium, quæ sunt quæque dicuntur, ordine & modo. Off. 4 b, Ordo autè, & constantia, & moderatio, & ea quæ sunt his similia, versantur in eo genere. *ibid.* Quæ omnes artes, *Asrologia, Geometria, Dialectica, ius ciuile*, in veri inuestigatione (*al. vestigatione*) versantur.

¶ *Dijecit, obuiam fio, occurro* pro S. R. 35 a, Non versatur ante oculos vobis in cæde Glaucia? Att. 43 a, Versabatur mihi ante oculos illud tempus; cum, &c. I. C. 120 b, Videor mihi videre, &c. cerno oculis. &c. versatur ante oculos, &c. pro Sest. 13 b, Mihi mors ob oculos versabatur. I. Verr.

265 a, Nunquam tibi hæc species in oculis animoq; versata est? Epist. 233 b, & de Fin. 79 b, & I. V. 254 b, Mihi ante oculos dies noctesq; versaris. in V. 241 b, Pudor qui in magistratum conuiuis versari solet. * in V. 177 a, Cùm tui nominis terror in auribus animisq; aratorum versaretur. I. C. 120 b, Versatur ante oculos aspectus Cethegi & furor in vestro cæ de bacchantis. de Fin. 160 a, Cuius in animo versatur improbitas. de Fin. 190 a, In omni continuo prauitate & in summa opinione peruersitate versamur. & b, In summa inanitate versatur.

† Syntaxis. *Versari in orbe, cum improbis, inter malos. Oratio versatur in hominum ore ac sermone, in contentione, in ignorantia, errore, in præda, in sanguine, in ore vulgi, in communi proverbio. Inter manus versatur liber. Ad aures versantur pedagogi, ante oculos, in oculis, in animo. In Italia versatum bellum.*

VERSURA, ræ, est creditoris mutatio: vt cum quis alteri se obligat, vt vetus debitum dissoluatur, hinc sunt, versuram facere, & Versuram soluere: estq; aliud nihil, quod etiam dicunt Latini, Ab alio soluere, siue Ab alio representare, sic enim fit versura, creditorisq; conuersio, & mutatio. Att. 161 b, Non modò magno, sed iniquissimo fœnore versuram facere Aurelius coactus est. pro Font. 276 a, A quibus versuras tantarum prouinciarum factas esse dicunt? pro Flac. 156 a, Negauit sese omnino versuram vllam fecisse Romæ. in Ver. 146 a, Tabulæ societatis, quæ significabant eos homines versuram à Carpina iocuisse, qui pecuniam Verri dedissent. Att. 68 a, Quæ quidem ego versura facta solui volo. & 251 b, Non modò versura, sed etiam venditione, si modò te coget, nos vindicabis. & 76 a, Vereor ne illud quod tecum permutavi, versura mihi soluendum sit. & 247 b, Versuram scribis esse faciendum mensium quinque. * Attic. 83 a, Salaminij, quæ Romæ versuram facere vellent, non poterant, quòd lex Gabinia vetabat.

VERSURVS, a, um, voluturus. de Fin. 146 b, Qui se fatentur virtutis causa, nisi ea voluptatem acciret, ne manum quidem versuros esse.

excellens. de Finib. lib. tertio, Vir stabili & firmo & magno animo. 2. de Orator. Vir bonus. orator. 10. ad Atticū. Vir planē, & ciuis bonus. Parad. & 2. Academ. Vir bonus & sapiens & fortis, miser esse nemo potest. Offic. 3, Vir bonus non modò facere, sed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat prædicare. Tusculan. quæst. lib. 3, Iam verò qui potest vir bonus non ad id, quod laudabile sit, omnia referre quæ agit, quæque sentit? ibidem. Vir bonus refert omnia ad beatè viuendum. de Finib. lib. primo, Vir clarus & fortis. Cat. Vir clarus, sed tamen popularis. Tusculan. quæst. lib. quarto, Vir constans ac sapiens. 8. ad Atticum, Vir cum autoritate. de Finib. lib. tertio, Vir diuinus ac singularis Tusculan. quæst. lib. secundo, Vir doctus sapiensque. & lib. tertio, Vir effœminatus. ibi. Vir fortis ægritudine nunquam afficitur. & li. 2, Vir fortis & animosus. ibid. Vir fortis ac sapiens nunquam ne ingemiscit quidem, nisi fortè vt se intendat ad firmitatem. & lib. tertio, Vir grauis & sapiens. & lib. primo, & Academ. quæst. Vir magnus. de Natur. deor. 1, Vir magnus inprimis. Tusculan. quæst. lib. quarto, Vir magnanimus & fortis. & lib. secundo, Vir natus ad gloriam, vllam partem animi tam mollem habebit, quam non meditatione & ratione corroboret? Som. Scip. Vir optimus atque inuictissimus. Tusculan. quæst. lib. quinto, Vir præstans optimis artibus & lib. primo, Vir præstans virtutis & sapientiæ gloria. Cat. Vir primarius. de Finib. lib. secundo, Vir pumarius populi. Tusculan. quæst. lib. 1, Vir sapiens, quum Deus ipse causam iustam dederit, lætus ex his tenebris in lucem illam excesserit. & lib. 5, An tibicines, ijque qui fidibus videntur, suo, non multitudinis arbitrio, cantus numerosq; moderantur: vir sapiens multò arte maiore præditus, nõ quid verissimum sit, sed quid velit, vulgus exquiret? ibid. Sed quum sapiens & bonus vir suffragijs præteritur, non populus à bono Consule potius, quàm ille à vano populo repulsam fert? & lib. 1, Vir sapiens vincula carceris non ruperit (id est, non sponte mortem sibi attulerit) sed tanquam à magistratu, vt ab aliqua potestate legitima, sic à Deo euocatus atque emissus exierit. & lib. quinto, Vir igitur temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine a-lacritate vlla, sine libidine, nõne beatus? & lib. 2, Viri propria maximè est fortitudo. & li. 5, Boni viri vita laudabilis. Offic. 1, Magni viri est, rebus agitat, punire fontes, multitudinem conseruare, in omni fortuna, recta atq; honesta retinere. Tusculan. quæst. lib. 5, Quæ sunt magni cuiusdam & alti viri. 3. in Verr. Virum habere. Tusculan. quæst. lib. 4, Virum videri negant Peripatetici, qui irasci nesciat. 4. Famil. Ad agendum semper aliquid dignum viro natus. Curioni lib. 2, Graui tæste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo clarissimo viro: qui cum suis laudibus, tum verò, & c. 15. Famil. Cum vno fortissimo viro loquor. lib. 1. de Fin. Clari & fortes viri commemorandi, eorumq; facta non emolumento aliquo, sed ipsius honestatis decore laudanda. Diuinat. lib. 1, Viri clari & præstantes. Tusculan. quæst. lib. 1, Viri delecti. de Natur. deor. 2, Viri beneficij excellentes. Tusculan. quæst. lib. 2, Non sentiunt viri fortes in acie vulnera: vel sentiunt, sed mori malunt, quàm tantillum modò de dignitatis gradu dimoueri. Diuinat. lib. 1, Viri humiles & obsecrari. Academ. quæst. lib. 2, Virorum fortium, & magnanimorum, & patientium, & humana vincuntium est, toleranter dolorem pati. Offic. 1, Itaq; viros fortes & magnanimos, eisdem bonos & simplices veritatis amicos, minimeque fallaces esse volumus. * Tusculan. 149 a, Multi iam esse libri Latini dicuntur scripti inconsideratè ab optimis quidem illis viris, sed non factis erudit. & 184 b, A viris virtus nomen est mutuata. † Syntaxis. Vir alius & excellens. Vir clarus & honoratus, popularis, diuinus, ac singularis. In primis magnus, primarius. Viri est propria fortitudo, Magnus & alius vir. Humilis & obscurus. Patiens & humana vincens, fortisq;.

VIREO, res. Tusculan. 235 b, Itaq; & arbotes, & vites, & ea quæ, & c. alia semper virent, alia hyeme nudata, verno tempore frondebant.

VIRESIUM, vis, nerui, lacerti, robur, latera, facultas. de Orator. 67 a, Perique in hoc vires exercent suas. Attic. 102 a, Nolim respub. tantas tibi vires dedisset. Epistol. 52 a, Viribus ac lacertis pugnare. Orator. 204 a, Esse plurimi sanguinis, habere aliquem succum, non carere illis maximis viribus. de Opt. 243 b, Quidam vires, lacertos, sanguinem quæ-runt. Epistol. 176 a, Colligere vires, de Orator. 106 a, Amentatas hastas oratorij lacertis viribusque torquere. I. A. 200 b, Experitur consentientis fenatus neruos atque vires. Orator. 57 a, Vt excellas etiam pulchritudine & viribus. pro Cæl. 30 a, Vir maximus (al. maximis) viribus. Epistol. 62 b, Quæ omnibus meis viribus sustinebo. Tusculan. 191 a, Omnibus peccatis viribusque elaborandum est, vt, & c. & 195 b, His perturbationibus, & c. Omnibus viribus

atque opibus repugnandum est. de Sen. 82 b, Quod homini naturaliter insitum est, eo vi decet: & quicquid agas, agere pro viribus. Parad. 118 b, Virtus maximas vires habet. de Senect. 83 b, Nec vos quidem T. Pontij centurionis vires habetis. & 82 b, Neque nunc vires desidero adolescentis, non plus quàm adolefentes vires tauri, aut elephantis desiderabam. de Orator. 101 b, Iam me vires deficere cœperunt. I. A. 244 a, Semel circumfessus lætis valentissimorum hominum viribus cecidi sciens. de Senect. 80 b, Non enim viribus, aut volocitibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio, & autoritate, & sententia. Q. de Pet. 201 a, Ex ea copia coniectura fieri poterit, quantum sis in campo virium & facultatis habiturus. * pro Mil. 114 b, Magna in hoc certè vis, & incredibilis animus, & non vnus viri vires atque opes indicantur. I. A. 218 a, Vt omnes inflammati odio excitati dolore, annis, equis, viribus D. Bruto subueniremus. Academ. 42 b, Corporis alia ponebant esse in toto, alia in partibus. Valentidinem, vires, pulchritudinem, in toto. Tusculan. 198 b, Fortuna non potuit vires frangere. & 215 a, Sunt in corpore præcipua, pulchritudo, vires. & b, Viribus corporis & neruis & efficacitati similes, similibusq; verbis, animi vires nominantur. de Leg. 157 a, Antipater habuit vires agrestes atque horridas, sine nitore ac palæstra.

† Syntaxis. Vires suas exercere, Vires alicui dare. Vis eximia, Vires ac lacerti. Oratio plurimo sanguine, habens succum, non carens viribus. Collecte vires. Lacerti ac viribus contorquere. Nerui ac vires. Omnibus viribus & opibus repugnare. Multum habere virium & facultatis.

VIRGA, gæ. flagellum. pro Rab. 92 b, Portia lex virgas ab omnium ciuium Rom. corpore amouit, hic misericors flagella retulit. I. V. 163 a, Virgis ad necem cædi. pro Fla. 149 b, Cæsus est virgis Cynicus ille Athenagoras, qui, & c. de Diu. 92 a, Seruus per circum cum virgis cederetur, furcam ferens ductus est.

VIRGETVM, ti. locus virgis confusus ad illigandas vires, qualis est, Amerina salix. de Leg. 173 b, * Sacerdotes vineta virgetaque & salutem populi auguranto.

VIRGINALIS, le. de Diuinat. 94 b, Virginalis modestia. pro Qu. 1 a, Homo timidus virginali verecundia. I. V. 201, Duo signa virginali habitu atque vestitu. Tusculan. 169 b, Heu virginalem me ore ploratum edere.

VIRGINITAS, tis. castitas, castimonia. de Natu. 71 b, Minerua patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem.

VIRGO, nis. pro Dom. 231 b, Clodium alloquens: Tu forem tuam virgine esse non fuisse. de Cl. 196 a, Domi teneamus eloquentiam, septam liberali custodia, tuaeque vt adulta virginem castè. Orator, 202 b, Mollis est oratio philosophorum, & c. Virgo casta, verecunda, incorrupta. I. C. 112 b, Post virginum absolutionem. de Natu. 47 b.

Spicum illustre gerens splendenti corpore virgo.

Epistol. 140 a, Virginem me quondam inuitam per vim violat.

VIRGULA, læ. Offic. 32 a, Si omnia nobis, quæ ad victum cultumq; pertinent, quasi virgula diuina (vt aiunt) suppeditentur. I. A. 218 b, Virgula stantem circumseripit.

VIRGULTA, sunt virgæ, & alie stirpes passim enascentes. pro Cæl. 46 a, Via deserta & inculta, atque interclusa iam frondibus & virgultis. de Diu. 80 b, Omnia arbuta & virgulta peruertere.

* VIRIAS, te. Viriaticus. de Clar. 172 a, Viriati bello. Alij Viriatico legunt.

VIRIATICVS, a, um. de Clar. & c. orat. 272 a, Viriatico bello. al. Viriati bello.

VIRIDICATVS, a, um. viridibus confusus. Q. fr. 318 b, Palæstra & sylua viridicata.

VIRIDIS, de. habens viriditatem. I. V. 85 a, Ignem ex lignis viridibus atque humidis fieri iussit. & 157 b, Campi collesq; nitidissimi viridissimiq;. de Di. 83 a, Lentifex semper viridis. de Leg. 159 a, In viridi & opaca ripa inambulare.

VIRIDITAS, tis. Tusculan. 206 b, Quamdiu in illo opinato malo vis quædam insit & vigeat, & habeat quandam viriditatem. de Pro. 70 a, An laurea illa magnis periculis parata, amittit longo interuallo viriditatem? de Senect. 89 a, Quid de pratorum viriditate dicam? & 87 b, Tertia semen tepesfactum complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem. de Am. 97 b, Senectus auferat eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.

VIRILIS, le. viri proprium. de Orat. 105 a, Sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. & 163 b, Fortis, & vt ita dicam, virilis inflexio. Orat. 202 a, Virilis vox. pro Sest. 4 b, & Art. 184 a, Aliquid doloris virilis habuisse. Tusculan. 195 a, Fortis, & vt ita dicam, virilis oratio. de Finib. 74 b, Vereturque quicquam dicere,

cere, aut facere, quod parum virile videatur. Attic. 249 a, Sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos viriles. ¶ *Cum nomine, Pars: & sine.* I. V. 219 a, Est aliqua mea pars virilis, quod eius ciuitatis sum, quam ille claram reddidit. & 149 b, Plus etiam quam pars virilis postulat, oneris suscepit. pro Sest. 26 b, Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt. I. A. 247 a, Tum me eius beneficio plus quam pro virili parte obligatum puto.

VIRILITER fortiter. Offic. 19 b, Quod viriliter animoque magno fit, id dignum viro & decorum videtur. & Tuscul. 189 a, ad Her. 27 a, Viriliter sese expedire.

VIRITIM, per singulos viros, in viros singulos. de Clarif. 169 b, Flaminius tribunus plebis, legem de agro Gallico & Piceno viritum diuidendo tulit. de Senect. 69 a, Tusculan. 201 a, Nolim mea bona tibi viritum diuidere liceat: sed si facias partem, petam.

VIRTUS, tis. mediocritas, bonitas, probitas, fortitudo, vis, vires, ars, facultas, integritas, perfecta mens, absoluta ratio. Tusculan. 236 a, & de Inuent. 82 a, Virtus est animi habitus, naturæ modo, rationi consentaneus. Tusculan. 216 a, Virtus est ratio. & ibidem. Virtus est affectio animi constans conueniensque, laudabiles efficiens eos, in quibus est, &c. & 184 b, Appellata est enim ex viro virtus. & ibidem, Virtus à viris nomen est mutuata. & ibidem a, Virtus est recta animi affectio. de Natur. 67 a, Virtus diuisio quadripartita. Par. 236 b, Virtutem in duas partes diuidi, prudentiam & temperantiam, iusticiam autem & fortitudinem esse sub temperantia. item: Virtus ferè omnis in tribus rebus vertitur, quarum vna est in perspicendo, quid in quaerere verum sit, &c. alterum, cohibere motus animi turbatos, quos, &c. tertium, ijs, quibus cum congregamur, vti moderatè & scienter. de Orat. 140 a, Vera laus vni virtuti debetur. & ibidem. Virtus est per se ipsa laudabilis, & sine qua nihil laudari potest. de Nat. 77 b, Virtutem nemo vnquam acceptam Deo reulit, & rectè: propter virtutem enim iure laudamur, & in virtute gloriamur. pro Ar. 191 a, Virtus nullam mercedem laborum periculorumque suorum desiderat, præter hanc laudis & gloriæ. pro Mil. 120 b, Ex omnibus præmijs virtutis amplissimum præmium est gloria. de Orator. 104 a, Virtus & semper & sola libera est, quæ etiam si corpora capta sint armis, & cõstricta vinculis, tamen ius suum atque omnium rerum impunitam libertatem tenet. I. A. 193 b, Omnia alia falsa, incerta sunt, eaduca, mobilia: virtus & vna altissimis defixa radicibus, quæ nulla vnquam vi labefactari potest. Epist. 133 b, Nihil est enim, mihi crede, virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Tus. 236 b, Omnes virtutes compotes beati sunt. pro Sest. 16 b, Ignari quid virtus valeat, quæ in tempestate quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, atque hæret in patria, splendetque per se se semper, nec alienis vnquam fordibus obsolescit. de Cl. 191 a, Honor est præmium virtutis, iudicio studioque ciuium delatus ad aliquem. de Orator. 106 b, Legibus & præmia proposita sunt virtutibus, & supplicia vitijs, & ibidem. Virtutem hominibus (si modò tradi ratione possit) instituendo & persuadendo, nõ minis & vi ac metu tradi. Ep. 92 a,

Τῆς δὲ ἀρετῆς ἰδρωτα ἰσοπείροισι ἐπιχειρῶν ἀπέταται, &c. de Orat. 102 a, Socrates dicebat, perfectum sibi opus esse, si quis satis esset concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendæ virtutis. pro Ar. 191 a, Nunc in sidet quædam in optimo quoque virtus quæ noctes & dies animum gloriæ stimulis concitet. Anteq. 193 b, Si dulcis est gloria, consequere virtutem: noli abiicere labores, petere honorem, postq. 202 b, Dixit se non commissurum, vt virtutem animi nõ haberet, quam perdidisset. de Orat. 91 b, Spinofam & exilem orationem eorum esse, qui dicunt, qui vnam virtutem habeat, eum omnes habere. Offic. 40 a, A me ipso sæpe disputatum est, qui vnã haberet, omnes habere virtutes. & ibid. Nunciate seiungo, quasi possit quisquam, qui non idem prudens sit, iustus esse. Tuscul. 182 a, Virtutem si vnam amiferis, etsi amitti virtus non potest, sed si vnam confessus fueris te non habere, nullam esse te habiturum. de Orat. 147 b, Omnes virtutes sunt æquales & pares, sed tamen est species alia magis alia formosa. de Cl. 177 b, Omnis virtus est mediocritas, vt vetus Academia dixit. pro Mur. 139 a, Virtutes omnes mediocritate quadã esse moderatas. Offic. 5 a, Virtutis laus omnis in actione consistit. de Nat. 23 a, Virtus actiuosa est, Deus autem vester nihil agens. Attic. 99 a, Quàm non est facilis virtus, quàm verò difficilis eius diuturna simulatio, de Nat. 1 b, Virtutes in specie fiçtæ simulationis inesse non possunt. de Di. 124 b, Virtus, quæ vetat spectare fortunam, dum præstetur fides. pro Pl. 271 b, Is gloria maximè excellit, qui virtute plurimum præstat. Offic. 10 b, Qui virtutibus his lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, iustitia: hæ enim bonum virum videntur potius attingere. pro Mur. 129 b, Alijs ego

te virtutibus continentia, grauitatis, iustitiæ, fidei, cæteris omnibus, consulatu dignissimum semper iudicauit. Ep. 73 b. Virtus eximia alicuius: L. Pifo, qui tanta virtute atque integritate fuit, vt, &c. Postq. 205 a, Singularis & præstantissima virtus P. Lentuli. pro Dom. 221 a, Vir singulari virtute præditus. de Cl. 176 a, Is virtute animi atque vita fuit bonus autor in senatu. pro Rab. 95 b, Virtus & honestas, & pudor cum Coss. esse cogeat. pro Font. 284 a, Vitæ sociæ virtus, mortis comes gloria fuisse. At. 286 b, Durior est cõditio spectatæ virtutis, quàm incognitæ. Par. 117 a, Quod rectum, & honestum, & cum virtute est. de Vn. 198 b, Animus & ortu, & virtute est antiquior corpore. Epist. 144 b, Omnia summa consecutus est virtute duce, comite fortuna. pro Cl. 25 b, Non ille honorem à pueritia, non studia virtutis, nõ vllum existimationis bonæ fructum vnquam cogitãrat. pro Pom. 11 a, Nõ solum bellandi virtus in summo imperatore quærenda est, sed multæ sunt artes eximie huius ministræ comitesque virtutis, ac primùm innocentia, &c. facilitas, &c. ingenium, humanitas, &c. de Orat. 119 b, Alterum est, in quo oratoris vis illa diuina virtusque cernitur. de Orat. 89 a, Dicendi virtus sine rerum scientia extare non potest. Orat. 200 a, Tempora timens inimica virtuti. & 199 b, Admirabilis fama virtutum incredibilium alicuius. I. V. 110 a, Ea patientia, virtus, frugalitasque est, vt, &c. de Cl. 170 b, In Catonis orationibus omnibus omnes oratoriæ virtutes reperiuntur. de Orat. 131 a, Est autem hæc huius generis virtus, vt, &c. pro Plan. 261 b, Vir sine virtute & ingenio. pro Planc. 276 a, Non dicam miser (natura enim abhorret à virtute verbi, sed, &c. de Leg. 165 a, Nam nec arboris, nec equi virtus, quæ dicitur, in quo abuti præ nomine, in opinione sita est, sed in natura. de In. 76 b, Præmia virtutis & officijs sancta & casta esse oportere. de Or. 91 b, Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares, ita qui esset eloquens, eum virtutes omnes habere atque esse sapiẽtem. Qu. fr. 291 b, Nequaquam satis esse, ipsam has te habere virtutes, sed esse circumspiciendum diligenter. & 297 a, Omnes de tua virtute, in integritate, humanitate commemorant. I. P. 91 b, Iusta gloria, qui est fructus veræ virtutis honestissimus. I. A. 201 a, Nec enim vllam mercedem tanta virtus desiderat, præter hanc laudis & gloriæ: qua etiã si careat, tamen sit se ipsa contenta. & 261 b, Excellentium hominum, virtus imitatione, non inuidia digna est. & ibi, Vt cursu cursus, sic in viris fortibus virtus virtute superatur. de L. 161 a, Virtus nihil aliud est, quàm in se perfecta & ad summum perducta natura. * pro Flac. 159 a, Adfunt Lacedæmonij, cuius ciuitatis spectata ac nobilitata virtus non solum natura corroborata, verum etiam disciplina putatur. de Nat. 69 b, Ac uendæ virtutis gratia, pro C. Cornel. 1, In quo suspicionem omnem tollit C. Cimonis virtus ac dignitas. ibid. A dolens summa nobilitate, eximia virtute præditus. in Clod. Virtus non est imminuta. pro M. Scæu. Possit virtutem sine præsidio fortunæ, quo contendisset, labore & constantia peruenire. Incer. Omnium virtutum possessores pauperes nominabimus? ad Heren. 17 b, Virtutibus vti neminem posse. ibi, Virtutem nullo tempore relinquendam, ibi, Virtute vel vltro ad mortem proficisci. de Inu. 76 b, Præmia virtutis & officij sancta & casta esse oportere. ibid. Minus homines virtutis cupidos fore, virtutis præmio peruulgato. ibi, Qui apud maiores nostros ob egregiam virtutem tali honore dignati sunt. ibid. Cæteros à virtutis studio repulsam iri. de Or. 138 b, Quod eam virtutem, quæ narrationis est maxima, vt iucunda & ad persuadendum accommodata sit, tollit breuitas. Topic. 228 a, Cùm quæritur, natura an doctrina possit effici virtus. pro Pl. 276 a, Quo quidem etiam magis sum non dicam miser (natura quidem abhorret à virtute verbi) sed certè exercitus. pro Cæl. 40 a, Multos fortes viros & bonos specie quadam virtutis affimulatæ tenebat. pro Mar. 135 a, Vide quæso ne tua diuina virtus admirationis plus sit habitura quàm gloriæ. Aca. 45 a, Spoliavit virtutem suo decore, imbecillamque reddidit, quod negauit in ea sola positum esse beatè viuere. ibi, Cum maximè necessariã partem philosophiæ, quæ posita est in virtute & moribus, reliquisset, & b. Zeno nullo modo sis erat, qui, vt Theophrastus, neruos virtutis incideret, sed contrã qui omnia, quæ ad beatam vitam pertinerent, in vna virtute poneret, nec quicquam aliud numeraret in bonis. ibi, Cumque superiores non omnem virtutem in ratione esse dicerent: sed quasdam virtutes natura aut more perfectas: hic omnes in ratione ponebat. Aca. 49 a, Nec tamen virtutem cuiquam adesse, quia ea semper vteretur. de Fin. 140 a, Atque hæc ita iustitiæ propria sunt, vt sint virtutum reliquarum cõmunia. ibid. Quicquid ager quæque virtus. ibid. Vt iustitia se fundet vsu in cæteras virtutes: sic illas expetet. ibid. Qualis est omnis hæc, quam dico, conspiratio consensusque virtutum: tale est illud ipsum honestum: quando quidem honestum

honestum aut ipsa virtus est, aut res gesta virtute. Quibus in rebus ita consentiens virtutibusque respondens, &c. Atque hæc coniunctio confusioque virtutum tamen à philosophis ratione quadam distinguitur. Nam cum ita copulatæ connexæque sint, vt omnes omnium participes sint, nec alia ab alia possit separari. Tusc. 198 b, Magna vis est in virtutibus; eas excita, si fortasse dormiunt. & 216 a, Ex ea virtute proficiuntur honestæ voluntates, sententiæ, actiones, omnisque recta ratio. Quamquam ipsa virtus brevissimi recta ratio dici potest. Huius igitur virtutis contraria est vitiositas. de Leg. 161 a, Virtus eadem in homine ac Deo est: neque vlllo alio ingenio præterea. Est autem virtus nihil aliud quam in se perfecta & ad summum perducta natura. Off. 23 b, Ipsarum virtutum in alia alius ma- uult excellere. Epist. 45 a, Insignia virtutis multi etiam sine virtute assecuti sunt: talium virorum tanta studia assequi sola virtus potest. & 53 a, Quorum est magna pro tuis maximis clarissimisque virtutibus multitudo. Ep. 73 a, Si illius pietatem, virtutem, industriam, vbicunque erit, tuam esse tecum duces ibid. Plus tibi virtus tua dedit, quam fortuna abstulit. Epist. 189 a, Cassij. Fatale nescio quid tuæ virtuti datum. & 234 a, Pudet me vxori meæ optimæ, suauissimis liberis, virtutem & diligentiam non præstitisse. Qu. fiat. 295 b, Cui in virtute atque humanitate percipienda plurimum à pueritia studij fuisse & temporis.

† Syntaxis. *Virtus animi habitus, affectio, à viris mutuatur tamen. In hoc virtus veritur, vt, &c. Virtutem habere non vnicam. Virtus & integritas. Virtus, honestas, pudor. Oratoris vis & virtus. Ius civile, philosophia, eloquentia, ceteræque virtutes, id est, artes.*

VIRVS. venenum. de Am. 112 b, Tamen is pati non possit, vt non acquirat aliquem apud quem euomat virus acerbatis suæ. in Ar.

*Hic valido cupido venantem percussit ictu,
Morsiferum in venas figens per vulnera virus.*

VIS, vim, vi, vires, nervi, tori. pro Dom. 241 b, Magna vis est cum in deorum immortalium numine, tum verò in ipsa Rep. Tuf. 251 a, Magnum verò effecisti, si cantharidis vim consecutus es. I. A. 153 b, Dictatura, quæ vim iam regis potestatis obsederat. de Orat. 92 a, Demosthenem summam vim habuisse dicendi. de Orat. 119 b, Alterum est, in quo oratoris vis illa diuina, virtusque cernitur. & 101 a, Patria cuius rei tanta est vis, tanta natura, vt, &c. de Orat. 107 b, Illud vereor, ne maiorem vim ad deterrendum habeat, quam ad cohortandum. pro Cec. 296 a, Eandem vim habet æquitas ratio ad eum restituendum, qui vi deiectus est. Offic. 36 b, Magna vis est in fortuna, in vtramque partem, vel ad secundas res, vel aduersas. & 42 a, Et si in eo ipso est maxima vis, vt simus ij, qui haberi velimus. pro Cæl. 50 a, Vim veneniam Cælium esse expertum in seruo quodam ad rem ipsam parato, cuius perceleri interitum esset ab hoc comprobatum venenum. de Diu. 116 a, Ego enim possum vel nescire, quæ vis sit cordis ad viuendum. & 118 a, Ra dices, quarum causam ignoramus, vim & effectum videmus. & 99 a, 65 b, Quod ostentum habuit hanc vim, vt Dionysius paucis post diebus regnare coeperit. & 115 b, Ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque diuinam, quæ toto confusa mundo est. pro Corn. 62 a, Quod adiunctum est, id habet hanc vim, vt sit ille in fœdere inferior. Offic. 59 b, Hæc est vis huius annuli, & huius exempli, si nemo, &c. de Orat. 100 b, Definitionibus quam vim res habeant, est exprimendum. Orator. 207 a, Rei vim ac naturam explicare. de Orator. 90 b, Vim vniuersam ac propriam oratoris definire. & 96 b, Omnis vis ac facultas oratoris in quinque partes distributa est & 86 a, Vis dicendi Athenis inuenta est. & 85 b, Penè infinita vis ac materia artium. Attic. 54 a, Doloris magnitudinem vim quandam nobis dicendi dedit. pro Muræ. 131 a, Vi geritur res. & 124 a, Si illa solennis comitorum precatio tantam habet in se vim & religionem, quanta, &c. de Diuinat. 80 b, Cum magna vis videretur esse in monstris interpretandis ac procurandis, in aruspicum disciplina. de Natur. deor. 7 a, Mentis infinitæ vi ac ratione designari & confici omnia. pro Rab. 94 a, Is animi vim & infirmitatem corporis ostendebat. pro Cecin. 297 a, Inermes, qui vim habent armorum ad nocendum. de Diuinat. 127 b, Vim cœlestem ad eos qui in terris gi- guntur, pertinere de Orator. 94 a, Naturam ad dicendum vim asserere maximam. & 98 a, Vis incitatioque orationis. I. A. 204 a, Cæsar omnem vim ingenij, quæ summa fuit in illo, in populari leuitate consumpsit. Offic. 66 b, 67 a, Si vir bonus hanc habet vim, vt si cōcreperit, possit in locuple- tium testamenta nomen eius irreperire, hæc vi non vtatur. pro Plan. 280 b, Si vitæ mihi fors ademisset, aut vis aliqua maior reditum peremisset. Tuf. 226 b, Aut rogandi sunt, vt si quam babent vlciscendi vim, differant in tempus aliud.

& ibid. Tanta vis fuit pœnitendi. Orator. 219 b, Aliter in oratione nec impetus vllus, nec vis esse potest. Ep. 10 a, In te potissimum fractam illam & debilitatam viam suam cō- tulit. & 7 a, Ea res tantam habet vim, vt, &c. & 65 a, Habe- re vim fœderis. de Or. 159 b, Terram mediam esse, ac sua vi nutuq; teneri. de Fin. 59 b, Vis & natura rerum. pro Syl. 181 a, Vita ipsa ex vi sua naturaq; facillimè respicitur. pro Cor. 59 a, Postremò hæc vis esse istius & iuris & verbi, vt fundi populi beneficio nostro, non suo iure fiant. & ibid. Sed totum hoc in ea fuit positum semper ratione atq; sen- tentia, vt, &c. pro Dom. 224 a, Quæ est quasi alia vis, quæ sententia Cecilie legis, nisi hæc, ne populo, &c. Epist. 80 a, Quæ vis insit in his paucis verbis, si attendes, intelliges, &c. pro Cec. 296 a, Acquitate intellecta, nil ad rem pertinet, quæ verborum vis sit ac nominum. Or. 203 a, Sine re nulla vis verbi est. Q. fr. 303 b, Pigritia fuit & quædam infi- nita vis lacrymarum & dolorum. & 309 a, Lexq; de ijs fer- retur, vt qui non decessissent, ea pœna quæ est de vi, tene- rentur. Offic. 24 a, Ad hanc rationem maximam vim natu- ra habet, fortuna proximam. de Diu. 138 a, Id enim ce- leritas significat, & vis equorum. de Am. 98 b, In animo- rum consensione omnis vis amicitie est. Parad. 122 b, Cui quidem, quæ maximam vim habere dicitur, fortuna ipsa cedit de Leg. 159 a, Quantam vim rerum optimarum mens humana cõtineat. & 184 b, Magistratus hæc est vis, vt præ- sit præferatq; recta. pro Mil. 104 a, Nulla vis vnquam est in libera ciuitate suscepta inter ciues, non contra temp. & 113 a, Magna vis est conscientie, iudices, & magna in v- tramq; partem. & 114 b, Magna in hoc certè vis, & incre- dibilis animus, & non vnus viri vires indicantur: si qui- dem, &c. pro R. P. 127 a, Ergo aderat vis (vt ait poëta ille noster) quæ summam frangit, infirmatq; opes. pro Marc. 132 a, Nulla est tanta vis, tanta copia, quæ non ferro ac vi- ribus frangi possit. pro Pomp. 11 b, Eximia vis remigum. & 125 a, Omni vi te retinuissem. * Topic. 223 b, Cum ex vi nominis argumentum elicitur. Hortens. Vt fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis. 3. de Nat. Materiam habere & habuisse vim & naturam suam ad Heren. 17 b, Diuisione vtetur in vim & consilium. de Orat. 99 a, An- tonij incredibilis quædam & propè singularis & diuina vis ingenij videtur, etiam si hæc scientia iuris nudata sit, posse facillè cæteris armis prudentiæ causas tueri atq; de- fendere. Partit. 230 a, Quot in partes distribuenda est omnis doctrina dicendi? &c. In ipsam vim oratoris, &c. In quo est ipsa vis? In rebus & verbis. A cad. 42 b, Vis in manibus est in partibus. Tusc. 108 b, Magna vis est in virtutibus. de Nat. 78 a, Improborum prosperitates secundæq; res re- darguunt vim omnem Deorum ac potestatem. cont. Rul. 67 a, Sed mihi ad huiusce verbi vim & interpretationem vehementer opus est vestra sapientia. de Orat. 132 a, In- geniosi videtur, vim verbi in alud, atq; cæteri accipiant, posse dicere. I. A. 202 a, Quamquam in memoria gratorum ciuium, tanquam in luce posita virtus lætetur. de Fin. 61 b, Vitutem nixam hoc honesto nullam requirere voluptate, atque ad beatè viuendum se ipsa esse contentam.

¶ *Impetus, casus.* pro S. R. 33 b, Multa sæpe imprudentibus imperato-ibus vis belli ac turba molitur. pro Qu. 9 a, Vi ac necessitate coactus & inuitus hoc feci. pro Mur. 136 a, Catilina Sulpitio vim denūciabat. I. C. 123 b, Si vis improbo- rum spem meam fecerit. Attic. 108 a, Decem annos non tibi à senatu, sed à te ipso per vim & factionem datos. I. V. 115 a, Cohibitio tollèdi nisi pactus esset, vim adhibeat pactio- ni. Epist. 101 b. — vadunt solida vi.

* pro Cluent. 38 b, Vt incursum potius seditionis, vim multitudinis, impetum tribunitium, quam iudicium ap- pellandum putem.

¶ *Molestia.* pro R. P. 129 b, Hanc vim frigorum hyememq; nos vix sustinemus.

¶ *Moderatio, gubernatio.* pro Mil. 118 a, Qui nullam vim cœ- lestem existimat, numenq; diuinum.

¶ *Pondus, momentum, grauitas, fides.* Acad. 29 b, Rationes quæ vim asserunt in dicendo.

¶ *Violentia, iniuria.* pro Sect. 11 b, Vim vi repellere. pro Mil. 103 a, Vi vim illatam defendere. Attic. 36 b, Et eo magis vis nobis timenda est. Anteq. 194 a, Cum nostrorum ini- micorum vim atq; violentiam prospiciat. Att. 55 a, Facere vim alicui. pro Cec. 285 a, & 289 a, Ex conuentu vim fieri oportebat. Offic. 74 a, & I. C. 101 a, Adhibere vim alicui. & ibid. b, Inferre vim & manus alicui. Att. 148. I. V. 134 b, Af- ferre vim alicui. & 88 b, Afferre vim matribus familiis. pro Cec. 296 b, Si reperitur ita parati, vt vim corpori ac vitæ potuerint asserre Ep. 14 a, Vim neq; parenti neque patriæ asserri oportere. pro Cec. 289 a, Prætor interdixit de vi ho- minibus armatis in eadem, Omnis enim vis est, quæ periculo aut decedere nos alicunde cogit, aut prohibet acce- dere, Epi. 116 b, Lex Plotia de vi. de Fin. 78 b, Stuprata per

vim Lucretia. I. V. 195 a, Sustinere populus Romanus nationum non vim, non arma, non bellum potest. I. V. 228 b, Leges cum vi conferre. * pro Pompei. 11 b, Ut sumptum faciat in militem, nemini vis affertur. ibidem. Non illum eximia vis remigum, &c. tam celeriter in vitimas terras pertulerunt. Epistol. 188 b, *Cassij*. Clausam Apameam tenuisset, quoad vi esset expugnata.

¶ *Copia, veritas*. I. V. 224 b, Erat magna vis eboris. de Somn. 127 b, Quem vt vidi, equidem vim lacrymarum profudi. de Pro. 69 b, Vim argentam dederat præclaro imperatori nostro, vt exhaustas domos replere posset. * Tusculan. 246 a, In pompa cum magna vis auri & argenti ferretur. Quint frat. 326 b, Magna vis aquæ vsque ad piscinam publicam.

¶ *Numerus, multitudo*. * I. V. 230 b, Vim maximam vasorum Corinthiorum ex omnibus ædibus sacris Syracusis abstulit. de Arusp. 148 b, Vis innumerabilis incitata ex omnibus vicis collecta feruorum, ab hoc ædili religioso, repente fornicibus ost. vsque omnibus in scenam signo dato immissa irrupit. Epistol. 104 a, Vlbris honoris mei causa vim maximam ranuncolorum se commosse constabat.

† Syntaxis. *Vis diuina oratoris, & virtus. Vis veneni, cordis ad viuendum. Vis & effectus radicum. Vis & natura. Vis ac facultas. Vi geritur res. Vis ac ratio mentis. Animi vis.* (- corporis infirmitas. Vis & incitatio orationis. Impetus & vis eiusdem. Conferre in aliquem vim suam. Sua vi, nusuque terra tenetur. Habere vim, sepius Cic. vsurpat. Celeritas & vis equi. Vis celestis, numenque diuinum. Vim illatam defendere. Vis frigorum. Vis ranarum, argenti. Argenteam magnam vim accipere: pro argenti.

VISCERA, rum. *intima nobiliores partes corporis, intestina*. de Fini. 84 a, Tanti aderant morbi vesicæ & viscerum. de Natur. deor. 29 b, Terrena ipsa viscerum soliditas. in Catilin. Tela in tuis pulmonibus & visceribus adhærebunt. Tusculan. 214 a, Permanat in venas, & hæret in visceribus id malum. & ibidem. Cum hic feruor tanquam in venis medullisque infuderit. I. C. 193 b, Periculum autem residebit, & erit inclusum penitus in venis atque visceribus reipubl. Tusculan. 233 b, Metrodorus, qui omne bonum in visceribus medullisque condidit. pro Dom. 238 a, Is extruxit villam in Tusculano visceribus ærarij. Attic. 86 a, Sed noli me putare *ipse deo* iugula tua abicisse, quæ mihi in visceribus hæret. de Orator. 138 a, Hæc non extrinsecus aliunde querenda, sed ex ipsis visceribus causæ sumenda sunt. I. A. 159 b, Qui in medullis populi Romani ac visceribus hærebant & 262 b, Cæsar Antonij crudelitatem non solum à iugulis nostris, sed etiam à membris visceribusque auertit. * de Finib. 84 b, Tusculan. 178 b, Venæ viscerum.

† Syntaxis. *Pulmones & viscera. Venæ ac viscera. Viscera ærarij. Hoc tuum mihi hæret in visceribus. Ex medullis ac visceribus arceve ferrum. hic Membrum, partem significat abditam atque præstantem.*

VISCERATIO, onis. *cruda carnis distributio, quæ solenni ritu fiebat*. Offic. 44 b, Prodigij, qui epulis & viscerationibus, & gladiatorum muneribus pecunias profundunt in eas res.

VISCVS, sci. de Nat. 55 a, Bestiolæ in fordibus tanquam in visco inhærescunt.

VISENDVS, a, um. *spectandus, magnificus*. in Vat. 34 a, Epulum argento, veste, omni apparatu ornatumque visendo. pro Pomp. 15 b, Eam rem populus Romanus non modò vidit, sed etiam studio omni visendam putauit. & 11 b, Quæ cateri tollenda arbitrabantur, ea sibi ille ne visenda quidem existimabat. de Opt. 245 a, Quid enim tam visendum aut audiendum fuit, quàm, &c.

VISENDI. Tusculan. 229 b, Qui nec plausum, nec lucrum querent, sed visendi causa venient, studioseque perspicerent quid ageretur, & quomodo. de Vniu. 195 a, Cratippus Ephesum venit mei salutandi & visendi causa. I. V. 249 a, Ex oppidis visendi causa conuenirent. I. C. 200 b, Cupido ille, propter quem Thespiz visuntur: nam visendi alia causa nulla est. Tusculan. 157 b, Insatiabilis cupiditas veri visendi.

VISIO, onis. *visum, species, spectrum*. de Natur. deor. 23 a, At quàm licenter fluentium frequenter fit transitio visionum. de Diuinat. 133 b, Animos externa & aduentitia visione pulsari. Academ. 9 b, Visio veri falsique communis à quibusdam putatur. Tusculan. 184 a, Falsaque eius visione ac specie moueri homines dico vehementius. * Acad. 23 a, Qualis visio fuerit aut furentium aut somniantium tum, cum commouebantur.

¶ *Aspectus, videndi actus*, de Nat. 42 b, Neque visionem, neque auditum, neque sonum sine aère fieri posse.

VISTO, tas. de Fin. 147 a, Is cum podagræ doloribus arderet, vistorumque hominem Carneades, & tristis exiret, Mane quæso, inquit, &c.

VISO, sis. *visio, visio*. Tuscul. 188 a, Sed cum audisset eum grauius esse ægrum, voluit tamen nobilissimum philosophum visere: quem cum vidisset, & saluauisset, honorificisque verbis prosequutus esset, dixit, &c. Epist. 141 a, Sed tamen constitui ad te venire, vt & viderem te, & viserem, & cœnarem etiam. Ep. 95 b, Posthac ad ludos venies, nosque vises. Attic. 195 b, Velim aliquando puerum visas. & 196 a, Quod puerum inuisis, gratum. & 25 a, Iam pridem cupio Alexandriam, reliquamque Aegyptum visere. & 3 a, Visere aliquem longo intervallo. Tusculan. 157 b, Cum laxati curis fumus, spectare aliquid volumus & visere. I. V. 201 a, Messanam vt quisque nostrum venerat, visere solebat.

VISOR, ris. Offic. 29 a, Domus Cn. Octauij vulgò visebatur.

† Syntaxis. *Nihil tam est visendum. Nec visendum est hoc à bono viro. Spectare & visere. Veni, videbis, & vises.*

VISVM, si, visio, somnium. de Diuinat. 134 b, Si Deus ista visa nobis prouidendi causa dat, cur non vigilantibus potius dat, quàm dormientibus? Acadam. 46 a, Sensus iunctos esse censuit à quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille *Phœdrius*, nos visum appellamus. de Diuin. 92 b, Deinde cum se collegisset, id visum pro nihilo habendum esse duxit. & 39 b, Tum ei visa quietis occurrent veracia. & ibidem. Huic omnia visa obijciuntur à mente ac ratione vacua. Topic. 227 b, A dormientibus multa significata visis. Academ. quæst. ed. 2. lib. 1, Ad visa, & quasi accepta sensibus assensionum animorum adiungit (*Zeno*). Academ. lib. 2, Inter quæ visa nihil intersit, ex his non posse alia talia esse, vt percipi possint. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2, (*Inter visa*) nihil interesse, non modò si ex omni parte eiusdem modi sint, sed etiam si discerni non possint. ibidem. Inter visa vera & falsa, ad animi assensum, nihil interest. 2, Acad. Visa ista, quum acriter mentem sensumve pepulerunt, accipio: ijsque interdum assentior, nec percipio tamen. ibidem. Maximè autem conuincuntur (*Academici*) quò hæc duo pro congruentibus sumunt, tam vehementer repugnantia. primum esse quædã falsa visa: quod quò volunt declarant quædã esse vera: deinde ibidem inter falsa visa & vera nihil interesse. ibi. Habeo enim regulam, vt talia visa vera iudicem, qualia falsa esse non possint. ibidem 96, Meminisse visa, nisi comprehensa, non possumus. Academ. quæst. 2, Visa quædam mitti à Deo, secundum Stoicos. Diuinat. lib. 2, Nulla visa somniorum proficisci à numine deorum. ibidem. Casus autem innumerabilibus penè seculis in omnibus plura mirabilia, quàm in somniorum visis effecerit. Tuscul. 160 b, Quamobrem siue sensus extinguitur, morisque ei somno similis est, qui nonnunquam etiam sine visis somniorum placatissimam quietem affert. * de Diuin. 104 b, Vt certis rebus certa signa præcurrerent, &c. alia in somniantium visis.

¶ *Probabile, apprensus*. Academ. lib. 2, Quale igitur visum? Tum illum ita definiuisse, ex eo quod esset sicut esset impressum, & signatum & effectum. ibidem. Eorum quæ videntur, alia vera sunt, alia falsa: & quod falsum est, id percipi non potest: quod autem verum visum est, id omne tale est, vt eiusdem modi falsum etiam possit videri. Et quæ visa sunt eiusmodi, vt in ijs nihil intersit, non potest accedere, vt eorum aliqua percipi possint, alia non possint. Nullum igitur est visum, quod percipi possit. Academ. quæst. edit. 1. lib. 1. lib. 2, Nullum tale visum à vero, vt non eiusdem modi etiam à falso possit esse. Epist. lib. 8, Visum est, vt te facerem certiorum. Attic. lib. 9, Quæ visa sunt respondit Balbo. de Finib. lib. 2, Quæ visa sunt pro nihilo. L. Fa. c. 10. Academ. lib. 2, Omnium deinde inanum visorum vna depulsio est, siue illa cogitatione informantur, quod fieri solere concedimus: siue in quiete, siue per vinum, siue per insaniam. Nam ab omnibus eiusdem modi visis perspicuitatem, quam mordicis tenere debemus, abesse dicemus. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2, Duo placet esse Carneadi visorum genera: alia quæ percipi possunt, alia quæ non possunt. Academ. quæst. lib. 1, Visis non omnibus adijungebat fidem, sed his solum, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum, quæ viderentur. Id autem visum quum ipsum cerneretur comprehensibile. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2, Visis cedere. Diuinat. lib. 2, Visa falsa & inania & mendacia. ibidem. Visa tortuosa & obscura. & lib. 1, Visa quietis tranquilla atque veracia, & lib. 2, Visa vigilantium permulto clariora & certiora, quàm somniantium. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2, Visa fidem nullam habebunt, sublata veri & falsi nota. Acad. quæst. lib. 2, Quum visa in animos imprimantur. 1. de Diuin. Huic omnia visa obijciuntur, à mente ac ratione vacua. Academ. quæst. ed. 1. li. 1. Sententia Arcefilæ contra Zenonem: quæ se in quiete per visum ex Africano audisse dicebat. * de Fat. 148 b, Quamquam assensio non possit fieri, nisi commota visio: tamen cum id visum proximam causam habeat

beat, non principalem, &c. ibidem. Necessè est assensionem visio commoueri. de Fat. 149 a, Sic visum obiectum imprimit illud quidem & quasi signabit in animo suam speciem. ibid. Fateantur eas assensiones sine visio antecedente fieri: alia ratio est. Sed si concedunt antec. visa. ibidem. Assensionis proximam & continentem causam esse in visio positam. ibidem. Non fieri assensiones sine percursione visorum.

Species obiecta menti vel sensibus. de Fato 149 a, Visum obiectum imprimit, & quasi signat in animo suam speciem. & 137 b, Visum est enim tale obiectum dormienti, vt id, &c. Academ. quæst. lib. 2, Quæ vis esset in sensibus, quemadmodum prima visa nos pellerent. ibidem. Si visa tollantur, tolli omnia volunt Stoici.

V I S V S, us. *videndi sensus.* Tusculan. 154 a, Visus quibusdam sæpe mouebitur, (*rectius legitur, Visis quibusdam sæpe mouebantur*) hisque maximè nocturnis, vt viderentur hi qui vita excefferant, viuere. * Incer. Fœminas omnes visu nocere, quæ duplices pupillas habent. de Nat. 4 b, Multa esse probabilia: quæ quanquam non perciperentur: tamen quia visum habent quædam insignem & illustrem, his sapientis vita regeretur.

V I T A, tæ. *spiritus, anima, visiva huius lucis, vitæ curriculum, cursus vitæ huius, spiritus calis curriculum viuendi, huius vitæ lux, communis spiritus, caput, victus.* pro Sext. 13 b, Vita brevis est cursus gloriæ sempiternus. pro Rab. 96 b, Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscriptum. de Sœmn. 127 b, Vestra verò quæ dicitur vita, mors est. I. V. 107 a, Incertum est quàm longa nostrum cuiusque vita futura sit. de Nat. deor. 3 a, Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potione, spiritu. Tusculan. 160 a, Tam natura vitæ hominis sustentatur, quàm vitis, quàm arboris. de Leg. 162 a, Vita expetitur, quia nos in quo nati sumus, continet. Postq. 204 a, A parentibus vita nobis tradita est. Antequam. 193 b, Non enim peto, vt mihi detis vitam, sed datam repeto, vt reddatis. pro Sext. Rosc. 23 b, Per summam dedecus vitam amittere. ad Heren. 38 a, Amisit vitam, at non perdidit: amisit animam, potius est gloria. I. A. 167 b, Nec frangor animo propter vitæ cupiditatem, quæ me manens conficeret angoribus, dimissa molestijs omnibus liberasset. pro Cluent. 53 b, Illa, quam tum viuebas, non erat vita. I. A. 228 b, Non in spiritu vita est, quæ nulla est omnino seruienti. Qu. frat. 305 b, Ego vitam, quoad spes erit, retinebo. & 304 a, Diutius in vita esse non possum. & ibidem. In tam turpi vita commorari. de Orator. 111 b, Historia vita memoriæ. Attic. 161 a, Tempus est nos de illa perpetua iam, non de hac exigua vita cogitare. de Arusp. 191 a, In hoc tam exiguo vitæ curriculo, tam breui, pro Qu. 9 a, Mors honesta sæpe vitam turpem exornat: vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. in Catil. 119 b, Eos sui vita & communi spiritu putat non oportere. Attic. 195 b, Nunc planè nec victum, nec vitam vllam colere possum. ad Heren. 28 b, Colere vitam cum virtute. de Finib. 125 a, Illum locum vbi Pythagoras vitam ediderat, sedemq; vidi. de Orat. 127 b, Docuit enim iam nos longa vita, vsusque rerum maximarum, &c. de Senect. 89 b, Is vitam ad centesimum annum perduxit. Attic. 80 a, Ego in vita mea nulla nunquam voluptate tanta sum affectus, quanta afficior hac integritate. de Diuin. 111 a, Quo eruciati animi putas eum vitam acturum fuisse. pro Planc. 280 b, Si vitam mihi fors ademisset. Tusculan. 168 b, Nam reor, non illis si vita longior daretur, posset esse iucundior. ad Heren. 31 b, Neque erat, quòd vitam produceremus. de Orator. 85 a, Eum vitæ cursum tenere poterunt, vt, &c. ad Brut. 286 b, Quibus enim hæc vita factis aut cogitationibus potius traducatur? in Ant. 223 b, Vita sanctissimè honestissimeque acta. Antequam. 193 a, Non obest mihi turpis & nocens, sed honestissimè & laudatissimè acta vita. de Clarif. 174 b, Scauri libri de vita ipsius acta. Officior. 4 a, Patare res quibus actio vitæ continetur. de Clarif. 174 a, Carbo quod vita suppeditauit, est in multis iudicijs cognitus. de Finibus 51 a, Si vita suppeditet. Epistol. 158 a, Si mihi vita contigerit. pro Syll. 181 b, Fœdissimam vitam ac miseriam degere. de Finibus 56 a, Degenda vita. Officior. 12 a, Vita victusque communis in amicis vigent maximè. de Oraor. 304 a, Aliquid à communi vitæ consuetudine, atque à ciuitatum moribus abhorre. Offi. 40 b, Homo solitarius, atque in agro vitam agens. de Finib. 104 a, Agere vitam in solitudine. de Inuent. 42 a, Cum homines in agris passim bestiarum more vagantur, & sibi victu serino vitam propagant. I. V. 132 a, Viuere vitam tutam. pro Cluent. 21 b, Vitæ periculum & capitis insidias vitare. de Natur. 12 a, Deus hominum commoda vitasque tuetur. de Finib. 83 b, Vita vitiosa & flagitiosa. pro Quint. 17 b, Vita horrida atque arida mihi cordi est. de Orator. 143 b, Cum ferro

vita est erepta. pro Muræ. 132 b, Illum vita expulit: *id est, occidit.* de Senect. 92 a, Auferre vitam alicui. Epistol. 18 b, Discedere à vita. & 71 b, Manere in vita. de Senect. 92 a, Vitam desero. Tusculan. 187 b, Cum vnà cum sanguine vitam effluere sentiret. Epistol. 142 a, Si in hac administratione vita mihi ponenda sit, præclare actum mecum putem. & 4 b, Profundere vitam pro amicis. & 71 b, Omnibus telis fortunæ proposita est vita nostra. ibidem. a, Iniqua conditio vitæ. Epistol. 2 a, Vitam mihi esse acerbam putem. pro Sext. Roscio 32 b, Sic vita hominum est, vt nemo ad maleficium sine causa accedat. I. A. 161 b, Quod est aliud beneficium latronum? nisi vt commemorare possint, ijs se vitam dedisse, quibus non ademerint. & 172 a, Fac me à te habere vitam, quia à te non sit erepta. & 211 a, Is æquum putauit, vitam, quam populi Romani votis retinisset, pro libertate populi Romani in discrimen adducere. item, Principiò quæ potest esse vita vitalis, vt ait Ennius: quæ non in amici mutua benevolentia conquiret? in Anton. 222 b, Vita mortuorum in memoria viuorum est posita. * de Finib. 74 a, Omnem complectatur mens vitæ consequentis statum. pro C. Corneli. primo. Homo illorum & vitæ & prudentia longè dissimilis. contra C. Anton. An eam dignitatem, quam reliqua vita es consequutus. in Clod. Vita antea te seruauit. Hortensius. Scelera suscepta in vita superiore. ibidem. Iucundum nobis occasum, neque molestam extinctionem & quasi quietem vitæ fore. secundo de Glor. *Vitæ iam pridem lumina languens.* de Consolat. Non nasci longè optimum, nec in hos scopulos incidere vitæ. ibidem. Quorum ingenijs & inuentis omnem vitam legibus & institutis exultant constitutamque habemus. 2, Academ. Vitam suam exponere ad imitandum iuuentuti. 3, Academ. Quod si liceret, vt ijs, qui in itinere deerrauissent, sic vitam deuiam secutis corrigere errorem pœnitendo. 1. de Legibus. Deorum profectò omnes vitam viuere, Legibus. Mors aut meliorem quàm qui est in vita, aut certè non deteriorem est allatura statum. Nam sine corpore animo. vigente diuina est vita. Incert. Si omni modo vitam impetrare cupiunt. ibidem. Si mihi vitæ spacium dupliciter. ad Heren. 6 b, Probabile diuiditur in causam & in vitam. ibidem. Vita hominis ex antea factis spectabitur. ibidem. Vt ad eam causam peccati vita hominis possit accommodari, hoc modo. ad Herennium 7 a, Defensor primum demonstrabit vitam integram. ad Herennium 8 a, A testibus dicemus secundum autoritatem & vitam testium. ibidem. Vitæ turpitudine. de Inuent. 66 b, Si in antea facta vita aliqua turpitudines erunt. de Oratore 136 a, & Tusculan. 166 b, *Pœt.* Priamo vi vitam euitari. Topic. 227 b, Quorum vitam constantem & probatam vident. Sext. Roscio 26 a, Vitam hanc rusticam, quam tu probro atque crimini putas esse oportere, & honestissimam & suauissimam esse arbitrantur. pro Marcello 135 a, Aut sua pertinaciam vitam amiserunt, aut tua misericordia retinuerunt. & 134 b, Qui non intelligat, ex vnus tui vitam pendere omnium. pro Marc. 135 b, Nec verò hæc tua vita dicenda est, quæ corpore & spiritu continetur. Illa inquam illa vita est tua Cæsar, quæ vigeat memoria seculorum omnium quam posteritas alet: quam ipsa æternitas semper intuebitur. de Finibus 58 a, Ex quo vitam amarissimam necesse est effici. & 83 a, Neque enim in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis vita beata dici solet. Neque appellatur omnino vita beata, nisi confecta atque absoluta. & b, Ita fit beatæ vitæ domina fortuna. ibidem. Si amitti vita beata potest. de Finibus 96 a, Quis aut de misera vita possit gloriari, aut non de beata. ibidem. Confidere sibi debet, & suæ vitæ & actæ & consequenti. Tusculan. 180 b, Ad malam domesticam disciplinam vitamque vmbralem & delicatam cum accesserunt etiam poëtæ. de Legibus 177 a, Nam mihi cum multa eximia diuinaque videntur Athenæ tuæ peperisse, atque in vita hominum attulisse, tum nihil melius illis mystetijs, quibus ex agresti immanique vita exculi ad humanitatem & mitigati sumus. Q. de Petit. 213 a, Equites Romani boni & locupletes ex vita acta te fore existimant studiosum otij ac rerum tranquillarum. de Amic. 99 a, Quæ sunt in vsu vitæque communi. Epistol. 50 a, *Sulpitij.* Quibus sine dolore licitum est vitam cum morte commutare. Epistol. 143 b, Mihi maxima cura est, non de mea quidem vita, cui satisfacere vel ætate, vel factis, vel gloria. Atticarum 41 b, Quod me ad vitam vocas, Atticarum 137 b, Ego verò hæc officia mercanda vita puto. ad Octau. 329 a, Cedam vita: quæ quanquam sollicita est: tamen si profutura est Republicæ bona spe posteritatis: me consulatur. & 331 a, Qui vitam

adimit. & b, Vnà cum istis vitam simul fugere decreui.
 † Syntaxis. *Vita curriculum. Vitam alicui dare. In vita esse, commorari. Vita & communi spiritui frui. Vitam agere, degere, sibi propagare victu serino. Vitam deponere. Vita acta, consequens, umbratilis ac delicata. Habere vitam ab aliquo. Vitam resinere. Non est vita vitalis absq; amicitia. Vita vitiosa & flagitiosa. Dum vita suppeditabit. Sic vita est hominum, vt.*

VITALIS, le. quod vitam præstat, salutare. de Natur. 2 a, Vis vitalis per omnem mundum pertinens. de Am. 69 b, Principiò quæ potest esse vita vitalis, vt ait Ennius, quæ non in amici mutua benevolentia conquiscit? de Diui. 115 a, Fissum familiare & vitale tractant. in Ara. Vitale flamen. 2. de Natur. deor. 31 b, Salutare & vitalem calorem omnibus impertit quarta pars mûdi, tota natura feruida. de Nat. d 2, Vitalem & salutarem spiritum præbet animantibus aer. ibid. 30 b, Caloris natura vim in se habet vitalem. 1. de Diuin. 84 b,

— *Quæ paruos Maoris semine natos*

Pœnibus grauidis vitali rore rigabat.

de Diuinat. 184 a,

Luce serenanti vitalia lumina liquit:

Aur quum se grauido tremefecit corpore tellus.

† Syntaxis. *Vis vitalis per omnem mundum pertinens. Vitale flamen. Calor salutaris & vitalis. Vitalis & salutaris spiritus. Vitalis ros. id est, lac.*

VITANDVS, a, um. Ora. 219 b, Gladiatores multa vitando faciunt cautè, & petendo vehementer. de Or. 139 a, Vitanda est ingenij ostentationisq; suspicio.

***VITANS**, tis. de Fin. 69 b, Piscatu, aucupio, venatione, ijsq; omnibus exquisitis, vitantes cruditatem.

VITATIO, onis. fuga. I. A. 188 a, Quæ vitatio oculorum, lucis, vrbis, fori? quàm misera fuga? quàm foeda? * ad Heren. 16 b, Tuta vititas est, quæ conficit instantis aut consequentis periculi vitatorem qualibet ratione. de Fin. 129 a, Ne vitatorem quidem doloris ipsam per se quispiam in rebus expetendis putauit.

VITELLVS, li. *oui pars rubra.* de Diui. 136 a, Tum ille Nihilne de vitello?

VITICVLA, læ. de Natur. 77 a, Dij nec agellos singulorum, nec viticulas perfequantur.

VITIANDVS, a, um. 4. ad Attic. Vitiandis diebus censum impendere.

VITIATVS, a, um. pro Sect. Comitiorum & concionum significationes interdum veræ sunt, nonnunquam vitiatæ & corruptæ.

VITIO, as. ad Attic. 16 b, Nam M. Luculli vxorem Memmius suis sacris vitauit. * *al. iniuauit.*

VITIOSUS, sius, vitio. vt Lex vitio lata. (Lex recte lata in Ant. 196 a, Leges vitiosæ, per vimq; tulit. de Fin. 73 a, Sed ille vt dixi, vitiosus. Tuscul. 194 a, Membre tumidum ac turgidum vitiosè se habet. Academ. lib. 4. Rectè & vitiosè concludere. ad Heren. lib. 2, Vitiosè loqui Ennio & cæteris Poëtis concessum est. de Senec. 82 a, Illud verò idem Cæcilius vitiosus.

VITIOSITAS, tis. (*virtus.* Tusc. 215 a, Vitiositas est habitus, aut affectio in tota vita inconstans, & à seipso dissentiens. & 216 a, Virtutis cõtraria est vitiositas. sic enim malo, quàm malitiam, appellare eam, quam Græci *κακίαν* appellant. nam malitia certi cuiusdam vitij nomen est, vitiositas omnium.

VITIOSVS, a, um: ssumus. multis vitij flagitijsq; coniectus, deprauatus, corruptus, multis affectibus vitij, quod in vitio est, quod vitiosè se habet. de Finib. 83 a, Vitiosa & flagitiosa vita. I. A. 196 a, Collega, quem ipse fecit sua nuntiatione vitiosum. cont. Rull. 69 b, Vnum erat quod mihi vitiosum videbatur, quod. & c. Offic. 14 b, Natura vitiosa, vt, & c. de Cl. 91 a, Is metuens ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deprauabat. de Nat. 75 b, Si qui audirent, vitiosi essent discessuri. de Diu. 86 a, Itaq; sinistra dum non exquirimus, in dira & in vitiosa incurrimus. I. A. 176 a, Vitiosus consul. (*saluis auspicijs creatus.* Attic. 9 b, Ille alter vno minus vitiosus, quod d'iners, quod somni plenus, quod imperitus, quod d' *ἀνευλόβου*, sed voluntate. de Pet. Conf. 213 b, Et quoniam in hoc vel maximè vitiosa est ciuitas, quod largitione interposita virtutis & dignitatis obliuisci solet. 2. ad Heren. Vitiosum exemplum. 3. Ver. Quid ita? ne vitiosum opus fieret? 2 ad Her. Vitiosum simile. ibid. Vitiosum sponte sua, quod reprehensione non eget. Academ. q. ed. 1. lib. 2, Vitiosum est assentiri quicquam aut falsum, aut incognitum. de Diuin. 97 b, Animi enim integri, non vitiosus corporis est diuinati. de Clarif. orat. 188 b, Cæsar autem rationem adhibens, consuetudinē vitiosam & corruptam puram & incorruptam consuetudinē emendat. de Fat. 142 a, Vitiosam enim naturam ab eo sic edomitam & compressam esse doctrina, vt nemo vnquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit. 3. de Leg. Quam-

obrem, & c. quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium. Tusculan. quæst. lib. primo, Id enim vitioso more effici solet. & lib. quarto, Qui enim non natura, sed culpa vitiosi esse dicuntur, eorum vitia constant ex falsis opinionibus rerum bonarum ac malarum, vt sit alius ad alios motus perturbacionesq; procliuior. 2. de Legibus, Vitiosa quæ de fixerit augur, irrita infectaque sunt. 1. ad Heren. Vitiosorum argumentorum genera duo. de Nat. 2. Vitiosorum rerum, neque naturalium vocabula. 1. de Orator. Vitiosissimi oratores.

† Syntaxis. *Vitiosum aliquem facere suis verbis. Vitiosus corporis non est diuina. io. sed integrè colligere sanguinem vitiosum. Incurrere in dira & vitiosa. Vno vitio minus vitiosus. Consuetudo vitiosa & corrupta.*

VITIS, tis. de Orator. 106 b, Arborum putatio atq; vitium. in Arato,

— *quam viridi conuectis regmine vitis.*

* de Natur. deorum. 50 a, Vites clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt, atque ita se erigunt, vt animantes: quinetiam à caulibus brassicisque, vt à pestiferis & nocentibus, refugere dicuntur: nec eos vlla ex parte contingere. Incert. Byturi vites in Campania erodunt.

* de Finib. 133 b, Itaque & viuere vitem, & mori dicimus, & c. Ex quo non est alienum, vt animantibus, sic illis & apta quædam ad naturam aptare, & aliena: earumque augendarum & alendarum quasi cultricem esse: quæ sit scientia atque ars agriculturalum: quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur, vt quod natura ferat, eò possit ire, vt ipse vites, si loqui possent, ita se tractandas tuendasque esse fateantur. Et nunc quidem quod eam tuetur, vt de vite potissimum loquar, est id extrinsecus. In ipsa enim parum magna vis est, vt quàm optimè se habere possit, si nulla cultura adhibeatur. At verò si ad vitem sensus accesserit, vt appetitum quendam habeat, & per se ipsam moueatur: quid lacturam putas? An ea quæ per vitorem antea: conferebatur, etiam per se ipsam curabit? Sed vides ne accessuram ei curam, vt sensus quoque suos, eorumque omnium appetitum, & si qua sunt ei membra adiuncta tuetur? Sic ad illa, quæ semper habuit, iunget ea, quæ postea accesserint: nec eundem finem habebit, quem cultor eius habebat: sed volet secundum eam naturam, quæ postea ei adiuncta sit, viuere Tusculan. 162 b, Hic autem vbi habitamus, non intermittit suo tempore.

Calum vitescere: arbores frondescere:

Vites lauifera pampinis pubescere.

de Senec. 88 a, Quid ego vitium fatus, ortus, in crementa commemorem? Satiari delectatione non possum. ibidem. Malecli, plantæ, sarmenta, vites, traduces, propages, nonne ea efficiunt, vt quemuis admiratione delectent? Vitis quæ natura caduca est, & nisi fulta sit, ad terram fertur, eadem vt se erigat, clauiculis suis, quasi manibus, quicquid est nacta complectitur: quam serpentem multiplici lapsu & erratico, ferro amputans cõrect ars agriculturalum, ne syluescat sarmentis, & in omnes partes nimia fundatur. ibid. Propagatio vitium.

VITIVM, tij. *vitijsitas, prauus actus, turpis actio, prauitas animi, labes animi, morbus animi, animi prauitas vel deformitas.* (*sanitas, virtus.* de Orator. 106 b, Legibus & præmia proposita sunt virtutibus, & supplicia vitij. de Finib. 98 b, Turpes actiones, quæ oriuntur è vitij: quas enim Græci *κακίαν* appellant, vitia malo quàm malitias nominare, & ibidem. Omni virtuti vitium contrario nomine opponitur. Attic. 32 b, Bellum est, sua vitia nōsse, de Orator. 94 b, Ferè nemo est, quin acutius atque acius vitia in dicente quàm recta videat. & ibidem. Fingendus est nobis, detractus omnibus vitij, orator, atque omni laude cummulatus. Orator. 289 b, Id est in oratione vitium vel maximum. de Orator. 119 a, In quo vitium est, si genus vllum prætermittatur, & c. in quo mendosum est, & c. de Clarif. 190 b, Oratoris vel sanitate, vel vitio ad diluendum vitij. pro Cl. 32 b, Quicquid ea vitia quæ ab natura habeat, etiam studio atque artificio quodam malitiæ conuiuifcet. * Hortens. Quo minus se admiscuerint atque implicuerint animi hominum vitij atque erroribus. de Conso. lat. Vitij & sceleribus contaminatus. pro Cæl. 46 b, Vitium Veneris & gutturis non modò non minuit ætas hominibus, sed etiam auget. de Orator. 137 a, Quid si quæ vitia aut incommoda sunt in aliquo iudice vno aut pluribus, ea tu in aduersarijs exprobando, non intelligas te in iudices inuehi, mediores peccatum est? de Clarif. 177 a, Hoc vitium huic vni in bonum conuertebat. *Alij liquor conuertebatur, alij verbat.* pro Cluent. 44 b, Quos cæteris vitij atque omni dedecore infames videbant pro Cluent. 45 a, At in ipsum Habitum anim-

aduerterunt: nullam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius vitæ non dicam vitium, sed erratum. de Fin. 18 b, Quod vituberabile est per se ipsum, id eo ipso vitium nominatum puto: vel etiam à vitio dictum vituperari. Sin *malitiam* malitiam dixisses, ad aliud nos vnum certum vitium consuetudo Latina traduceret. Offic. 23 a, Acrem se & bonorum & vitiorum suorum iudicem præbeat. & 6. Ut vitia fugiamus. Offic. 24 b, Ne vitia sint imitanda. ibid. Ne fas & vitium iudicandum est. Offic. 40 b, Cum omni carere dedecore, tum verò ijs vitijs, quibus alij non facillè possunt obfistere.

¶ *Depravatio.* de Diuin. 127 b, Multi naturæ vitium exercitatione sustulerunt. de Orat. 131 b, Delabi in aliquod vitium. ibid. a, Si aduersarij in aliquo insigni ad irridendum vitio reperiantur, & ibid. Deformitas & corporis vitium.

¶ *Culpæ.* de Diu. 97 b, Qui valetudinis vitio furunt. de Leg. 190 b, Concipere vitium. Acad. 13 b, Huc si peruenis, me tibi primum quidquæ concedere meum vitium fuerit. de Aruf. 257 a, Qui aliquando honorem vitio ciuitatis, non suo, non sunt affecti. I. A. 169 a, Qui fortunæ vitio, nõ suo decoxisset. de Diu. 104 b, Malè coniecta falsa sunt, non rerum vitio, sed interpretum inscitia.

¶ *Dedecus.* pro S. R. 26 a, Summam laudem alicui vitio & culpæ dare. Epi. 99 a, Ne sibi vitio verterent, quòd abesset à patria. & 179 b, Vitio mihi dant, quòd d, & c. Tusc. 193 a, Quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur. & 224 a, Eodem vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio. de Finib. 131 b, Etsi hoc quidem est in vitio, dissolutionem naturæ tam valde perhorrescere. Off. 5 b, Is tam est in vitio, quàm si patriam deserat.

¶ *Impedimentum.* de Diuin. 117 a, Comitiorum solùm vitium est fulmen, quòd idem omnibus rebus optimum auspicium habemus.

¶ *Inaspicatio.* de Diu. 86 a, Ut P. Claudius, eiusq; collega L. Iunius, classes magnas perdidit, quòd vitio nauigassent. de N. 28 a, Consules vitio creatos esse.

¶ *Malum, damnnum, ærumna.* I. A. 176 b, Id igitur obuenit vitium, quòd tu iam futurum esse prædixeras.

¶ *Ad edificia & remalia velatum.* Epistol. 135 a, Si nihil est in parietibus, aut tecto, vitij, cætera mihi probabuntur. Topi. 222 a, Si ædes exese corruerunt, vitium e fecerunt. & ibid. Quòd fornix vitij fecerit. Offic. 63 a, Venditorem eius rei quam vendat, vitia narrare.

† Syntaxis. *Bellum est, sua vitia nosse. In aliquo vitia exprobrare. Vitium & incommodum. Deformitas ac vitium corporis. Id se non fiet, tuum vitium erit. Laudem vitio dare, vertere. Vitio dare, quòd. Eodem est vitio loquacitas, quo, & c. Hoc minus est in vitio, in vitio ponitur. Ille non minus ac si proditor esset, in vitio est. Comitiorum vitium. Vitio nauigare. Vitium in pariete, tecto, fornice. Paries vitium facit.*

VITIO, as, desito, euitio, fugio, effugio, declino, desistor. Off. 329 b, Quis non morte proprium periculum vitet? Epistol. 69 a, Hæc nõ vitare cupimus, & c. si recipis causam nostram, vitabimus. de Prou. 78 b, Vitare vituperationem. Par. 235 a, & At. 128 a Fugere, vitare, declinare aliquid.

VITIO, aris. I. C. 100 a, b, Ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari posse non viderentur, parua quãdam declinatione, & (vt aiunt) corpore effugi.

VITRICUS, ci. *maris meæ maritus, qui me non genuit.* * de Clar. 186 b, D. Silanus vitricus tuus, studij ille quidem habuit non malum, sed acuminis & orationis satis. I. V. 103 b, Pupilli calamitas nunciatur statim C. Multio vitrico pupilli, qui nuper est mortuus. pro Mur. 141 b, Non sic, & c. id erit eius vitrico fraudi aut crimini. Att. 243 b, Vitricus quidem nihil censebat, quem Astura vidimus.

VITRUM, tri. pro R. P. 129 a, Merces fallaces chartis & linteis & vitro delatæ. & Ep. 123 b, * Persuasum est ei, censuram lomentum aut vitrum esse. *Alij nitrum legunt.*

VITULARIA via. Qu. frat. 318 a, Ex eo loco rectà vitularia via profecti sumus in Fusidianum fundum.

VITULINUS, a, um, ex vitulo. de Diuin. 119 a, An tu, inquit, carunculæ vitulinæ mauius quàm imperatori credere? Epi. 128 b, Assum vitulinum.

VITVLVS, li. *bos iunior.* de Diuin. 115 b, An censens eundem vitulum si alius delegerit, sine capite icur inuenturum? de In. 74 a, Vitulum alicui deo immolare. * ibid. Cui vitulum immolari non licebat.

VITUPERABILIS, le, *vituperandus.* de Leg. 188 b, Nam isto quidem modo vel consularis vituperabilis est. de Fin. 98 b, Quòd vituperabile est, & c.

VITUPERATIO, nis. *reprehensio, ignominia.* de Prou. 78 b, Quòd ad vitandam vituperationem valet. Att. 228 a, Cadere in aliquam vituperationem. de Clar. 173 a, Eaque res P. Africano vituperationi fuit. in Anton. 244 a, Culpæ re-

prehensionem, & stultitiæ vituperationem reprehendere. de Aruf. 255 b, Meque nonnulla vituperatione tarditatis meæ factò suo liberauit. Attic. li. 4, Vituperationem subire. & 16, Vituperationem suscipere. de Orator. lib. 3, Vituperationem tribuere. I. V. act. 5, In vituperationem adducere. Part. Vituperationis finis, turpido. * de Orat. 154 b, Tibine plus laudis, an Græcis vituperationis esse tribuendum statuam. Attic. 256 b, Quòd effugissem duas maximas vituperationes: vnam, quam itinere faciendo me intelligebam suscipere desperationis ac religionis Reipublicæ mecum vulgò querebantur: alteram, de qua Brutus & qui vnà erant lætabantur, quòd eam vituperationem effugissem.

† Syntaxis. *In vituperationem cadere. Vituperationem subire, effugere, suscipere, tribuere. In vituperationem adducere.*

VITUPERATOR, oris. *reprehensor.* Epist. 97 b, Si quando in vituperatores meos incidisses. Tusc. 175 b, Nos autem vniuersæ philosophiæ vituperatoribus respondimus in Hortensio. * ex Fin. 49 a, Philosophiæ vituperatoribus satis responsum est eo libro. de Nat. 3 a, Qua quidem in causa & beneuolos obiurgatores placare, & inuidos vituperatores confutare possumus.

VITUPERO, as. *vitio, crimini, culpæ do, culpo, deformat, de dignitate, austeritate alicuius detrabo, in maledicti vel criminis loco obijcio, maledictis alicuius gloriam dignitatemq; violo.* pro Mur. 138 a, Ego tuum consilium, Cato, vituperare non audeo. ad Heren. 14 b, Veluti qui heticam vituperant, propter alicuius oratoris vituperandam vitam.

VITUPEROR, ris. Qu. fr. 312 b, Pompeius in amicitia P. Lentuli vituperatur. de Finib. 84 a, Syracusanæ mensæ, quæ à Platone grauitè vituperantur. de Orat. 140 b, & contra Rul. 67 a, Improbum notari ac vituperari. * de Finib. 49 a, Cùm esset philosophia accusata & vituperata ab Hortensio.

* *VIVENDVM.* Frag. epist. Viuendum ciuilitè.

VIVO, vis. *spiro, respiro, vigeo, sum in vita sum, in vita commoror, inseruios numero, vitam ago, vitam traho, vitam dego, astatem dego, æuum ago, vitam vivo, vita fruo, vitam & spiritum duco, vita & communi spiritus fruo, vitam colo, vita manet, vita suppetat, lucem intueor, vitam propago, anima mea exupero, vitam perduco, dies in vita video.* in Anton. 177 a, Cum latronibus non solùm de die, sed etiam in diem viuere. & 199 a, Qui in horam viuunt. I. P. 92 a, Est quidam Græcus, qui cum isto viuit, & ibid. Vt profus vnà viuere de Orator. 143 b, Coniunctissimè viuere cum aliquo. Attic. 211 b, Cùm ita simus affecti, vt non possimus planè simul viuere. pro Cl. 51 b, Illa quam tum ille vivebat, non erat vita. de Finib. 133 b, & Tusc. 160 a, Viuere vitam. de Cl. 175 a, Vixitq; tam diu quàm licuit bene beateq; viuere. in Ver. 132 a, Tutiorè vitam se meo presidio victuros esse arbitrantur. de Orator. 104 b, Sanctissimè viuere. Epist. 53 a, Quietè & liberè viuere. de Finib. 104 b, Viuere honestè: id est, cum virtute viuere. & ibidem Cum scientia viuere. Epist. 137 a, Viuere de lucro. & 142 b, Viuere in literis. pro Mar. 134 a, Satis diu vel naturæ vixi, vel gloriæ: patriæ certè parum. in Anton. 247 a, Si non spiritu, at virtutis laude viuemus. de Natur. 63 a, In omni rerum natura id viuere, id vigere quòd caleat. p. Sest. 24 b, Viuere ac spirare. de Fin. 133 b, Itaq; & viuere vitam & mori dicimus, arboremq; & nouellam & vetulam, & vigere & senescere. Tusc. 160 a, Vitam & arborem etiam dicimus viuere. Quin. frat. 320 a, Quòd me cohortaris ad laborem, & c. faciam equidem: sed quando viuemus? Ar. 26 b, Sed mihi quidem *betiary.* de Clar. 180 b, T. Aufidius vixit ad summam senectutem. in Anton. 189 a, Nisi qui vicerit, victurum esse neminem. de Senect. 87 a, Secum esse, secumque (vt dicitur) viuere. Att. 156 b, In laude viuere. & 235 b, Viuere & habitare cum aliquo. Qu. frat. 311 a, Vito paulo liberaliùs quàm solebam. de Senect. 81 a, Num igitur si ad centesimum annum vixisset, senectutis eum suæ pœniteret? & ibidem b, Nemo est tam senex, qui se annum non putet posse viuere. & 91 a, Quis est tam stultus, quamuis sit a dolenscens, cui sit exploratum, se vsque ad vesperum esse victurum? * Hortens. Vixit ad summam senectutem valetudine optima, ibid. Cùm in his artibus vixerimus. 2. de Glor. Mea semper gloria viuere. A cadem. Qui secum ad senectutem vsque vixissent. 1. de Leg. Deorum profectò vitam omnes vicerent. pro Marc. 135 a, Satis te tibi vixisse. Credo: sed tum id audirem, si tibi soli viueres. Offic. 25 b, Quibus cum & apud quos viuimus.

† Syntaxis. *Cum aliquo de die & in diem, in horam viuere. Coniunctissimè viuere cum aliquo. E. natura viuere, cum scientia, in literis, de lucro, naturæ, gloriæ, Viuere spiritu, & virtutis laude. Ad senectutem summam viuere. Secum esse, secumq; viuere. In laude viuere & habitare.*

VIVITUR, Offic. 10 a, Viuitur non cum perfectis hominibus

nibus planeq; sapientibus, sed cum ijs, &c. de Finib. 38 a, Sapientia est vna, qua præceptrice, in tranquillitate viui potest. Epist. lib. 9. Sic igitur viuitur. * de Fin. 82 a, Sine ea amicicia tutò & sine metu viui non possit.

VIVVM, ui. *sors, & pecuniæ caput, quod dicitur.* pro Flac. 163 b, De lucro dat, nihil detrahit de viuo. I. V. act. 5, De viuo igitur erat aliquid rescandum.

VIVVS, a, um. *spirans.* pro Qu. 9 a, Non modò ex numero viuorum exturbati, sed etiam, si fieri posset, infra mortuos mandari. & 7 b, Numerari inter viuos. & 9 b, Huic acerbissimum viuo videntiq; funus ducitur. de Amic. 99 a, Neque id ad viuum rescoco, vt illi qui hæc subtilius disputant. pro Sest. 16 b, Ille viuus (vt aiunt) & videns publicatus est. Epist. lib. 10, Viuus combustus. Qu. fr. li. 1, Vix viuus effugeret. pro Mil. Vt eam mortuus incenderet, quam viuus euerterat: id est, curiam. Attic. lib. 4, Se viuo aliquem non triumphare. Qu. fr. lib. 1, Vt & patrè & filium viuos comburat. Academ. lib. 2, Non solum viuis, sed etiam mortuis inuidere. * pro Mil. 119 a, Si modò hæc templa atque ipsa mœnia stare eo viuo tamdiu, & consulum eius expectare potuissent: ille denique viuus mali nihil fecisset? ibid. Quid significet pro viuo non esset ausus? In curiam potissimum abiicit, vt eam mortuus incenderet, quam viuus euerterat. Epist. 97 b, Optimarum artium scientia mihi viuo nunquam eripietur.

† Syntaxis. *Viuus & videns pereat. Ad viuum rescocare. Viuus & spirans.*

VIX, vixidum, iam, egrè. I. P. 85 b, Gabinius collegit ipse se vix, sed tamen collegit, &c. Parad. 116 b, Quæ vix in gymnasijs Stoici probant. de Orat. 85 b, In dicendo excellentes vix paucos proferre possumus. Epist. 39 a, Vix tandem legi literas dignas Appio. pro Quint. 1 a, Qui vt summa habere cætera, temporis quidem certè vix satis habui, vt rem tantam, &c. Epistol. 150 a, Mihi verò cum his ipsis vix: his autem detractis, ne vix quidem. Attic. 50 b, Vt vix, aut omnino non possit abrogari. de Nat. 10 a, Aut vix, aut nullo modo corrumpi. Attic. 97 b, Saufeum sine meis literis ad te venire, vix erat rectum.

VIXDVM, vix. Attic. 136 a, Vixdum epistolam tuam legeram, cum, &c. & in Catil. 99 a, Hæc ego omnia vixdum iam cetero nostro demisso comperi. Epistol. 158 a, Cum tu vixdum triginta dies in Syria fuisses.

† Syntaxis. *Vix pauci sunt, qui. Vix, aut omnino non recordor. Vix est rectum, te huc venire.*

VLCERATVS, a, um. *exulceratus.* de Fat. 147 b, Philoctetes vlcerat serpentis morsu, in insula Lemno relictus est.

VLCISCENDVS, a, um. de Inuen. 64 a. & de Opt. 144 a, Si inimici vlciscendi causa factum est. in Ant. 206 a, Quo omnes acrius grauiusque incumbere ad vlciscendas reipublicæ iniurias. Postquam. 203 a, Vlciscendæ iniuriæ facillior ratio est, quàm, &c. Epist. 197 a, Neque enim hæc à te non vlciscenda sunt, etiam si non sint dolenda. pro S. R. 29 a, Qui patris vlciscendi causa supplicium de matre sumferunt, * Epist. 10 a, In eis verò vlciscendi, &c. mirificum me tibi comitem præbuissem.

VLCISCOR, ris. *vindico, punio, persequor, panam repeto, iniurias persequor, male meritis refero quod debeo, expeto penas.* de Orat. 87 b, Arma, quibus vel tectus ipse esse possis, vel prouocare improbos, vel te vlcifici lacessitus. ad Herenn. 3 b, Me vlcifici parentem negant oportuisse. pro Rab. 93 a, Et similis viri tu vlcificeris patris mortem, atque ille persequeretur fratris. Epist. 183 b, Respub. adhuc vltra suas iniurias est per vos. Attic. 148 a, Odi hominem, & odero: vtinam vlcifici possem: sed illum vlciscunt mores sui. I. V. 38 a, Vt per alium te ipsum vlciscantur, laborant. de Inuen. 73 a, Vlcifici inimicum. Attic. 274 b, Quos quidem omnibus sententijs vlciscor & persequor. de Orat. 153 b, Aequumne sit, vlcifici iniurias etiam propinquorum. Epist. 10 a, Quamquam ille vicem nostram vltus est ipse per sese. in Ver. 110 b, Iniurias suas per vos vlcifici ac persequi studuerunt. I. C. 108 a, Quos ego non tam vlcifici studeo, quam sanare. Postq. 202 b, Sic vlcificar facinora singula, quemadmodum à quibusq; sum prouocatus. de Inu. 72 b, Vlcifici peccata peccatis, & iniurias iniurijs. I. V. 90 b, Si nefarium scelus vi manuque vlti essent. I. C. 116 a, Vltus est huius vltorix crudelitatè postea Sylla. * Epist. 10 a, Ille perennis inimicus amicorum suorum, &c. nostram vicem vltus est ipse per sese.

VLCVS, ris. *plaga sordida, & non recens.* pro Dom. 215 a, Et tu in hoc vlcere tanquam vnguis existeres. de Nat. 22 a, Quicquid horum attigerit, vlcus est.

VLLVS, a, um. *aliquis.* I. V. 121 a, Debet Epicrates vllum nummum nemini. pro Cl. 38 b, Cluentij nummus nullus iudici datus vllò vestigio reperitur. de Orator. 107 a, Non possum negare prodesse vllam scientiam oratori. & 94 a, Non mihi videtur ars oratoris esse vlla. Qu. fr. 321 a, Si vllam

partem libertatis tenebo. Attic. 111 b, Cùm cætera mulieres vlla dignitate discesserint. de Am. 93 a, Nec vllò casu potest contingere, vt illa intermissio fiat officij. cont. Rul. 73 a, Ratù sit, quod finitor vni vlli à quo missus erit, renunciauerit pro Fl. 156 a, Neminè tamen adeò infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. I. A. 178 b, Omnino vllius rei nemo fuit emtor, cui defuerit hic venditor. de Fi. 100 b, Quà si nò vllà esse diceremus, &c. id est, non aliquam, Off. 41 a, Iustitiæ rãta vis est, vt nec illi qdè qui maleficio & scelere pacètur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere. † Syntaxis. *Vllum nummum nemini debeo. Si vlla erit liberitas.*

VLTIOR, us. (*Interior.* de Pro. 76 b, Vltior Gallia.) (*Interior Gallia.* pro Pomp. 283 a, Vltior Hispania. Attic. lib. 8 b, Gallia vltioris adiunctor.

VLTIMVS, a, um. *postremus, extremus, summus.* de Natu. 36 b, Luna, quæ omnium vltima est. de Diuinat. 127 b, Cælum ipsum, quod extremum atque vltimum mundi est. de L. 157 b, Ab vltimis temporibus scribendi exordium capio. de Inu. 62 b, Omnium, quicunq; ab vltimo principio huius præceptionis, vsq; ad hoc tempus, expositis copijs, &c. ad Her. 3 a, Si non ab vltimo initio repetere volumus. de Pro. 78 a, Tempus proximum, medium, vltimum. pro Ar. 185 b, Pueritiæ memoriam recordari vltimam. de Ar. 249 b, Aliquid ex vltimis teris accersitum. Att. 288 a, Hæc mihi videntur Ciceroni vltima esse in malis. de Sen. 128 a, Luna vltima cælo, citima terris.

† Syntaxis. *Cælum extremum & vltimum mundi. Ab vltimo principio, id est, à primo.*

VLTIO, onis. *vindicta.* ad Heren. 22 b, Iam domi vltionem reges Atridæ parant. *Alij legunt domissionem.* Partit. 241 b, Quod in beneficio gratia, in iniuria vltid nominatur.

VLTOR, oris. *vindex, punitor.* Postq. 211 b, Tribunitij sanguinis vltiores esse præfentes. * de Clar. 189 b, Publius nostrarum iniuriarum vltor, salutis autor quicunq; habuit, & disciplina. pro Syl. 163 b, Ego ille coniuracis iniurgator atq; vltor certè non defenderem Syllam. I. P. 84 b, Id templum à Catilinæ præuaricatore quondam, tum vltore, armis teneretur. Epist. 23 a, Quem mihi fortuna dedit vltorem non modò inimicorum, sed etiam inuidorum mcorum.

VLTTRA, supra. Attic. 95 a, Vltra Silianam villa est, quam puto tibi notam esse. de Inu. 59 a, Remotum est, quod vltra quam satis est, petitur. de Diu. 85 b, Diuinatio coniectura nititur, vltra quam progredi non potest. I. A. 155 a, Quis vnquam senatorem tanto damno coëgit? aut quid est vltra pignus aut multam? de Inu. 48 a, Longum exordium est, quod pluribus verbis aut sententijs vltra quam satis est, producitur. Tusc. 151 b, Vltra enim quò progrediar, quam vt probabilia videam, non habeo. ad Heren. 38 b, Procurrere vltra quam amicus sentire possit. Tusc. 176 a, Nec vltra quam id quod verisimile occurrit, progredi possumus. & 217 a, Sed adhibent modum quandam, quem vltra progredi non oporteat. de Vni. 196 a, Si probabilia dicentur, nil vltra requiratis. At. 238 a, Oratio scripta elegantissimè, vt nihil possit vltra.

† Syntaxis. *Vltra quam satis sit, queris. Quid est vltra pignus? Optime, vt nihil vltra possit.*

VLTRIX, cis. *vindex.* pro Dom. 235 b, Hæc vltrix affectæ ciuitatis reipub. spolijs ornabitur?

VLTRO, non questus, spontè. I. C. 116 a, Qui spem imperij vltro sibi à patricijs hominibus oblatam neglexerunt. Tusc. 255 b, Omnia ei vltro pollicentur sum. pro Flac. 159 a, Illum aut non modo recipiebant, sed etiam vltro vocabant. pro Pl. 164 a, Vltro offerre se alicui pro Quint. 13 b, Næuius, qui cum vltro ipse deberet, &c. Epist. 205 a, & 100 a, Si ad eum vltro veneris, &c. de Fin. 77 a, Vltro ad mulierè venit.

VLTRO citroq; huc & illuc, vicissim. I. V. 271, Qui vltro citroq; nauigant pro S. R. 28 a, Postea homines cursare vltro & citro non desiterunt. Acad. 44 a, Vltro citroq; versari. de Amic. 112 a, Nam implicati vltro & citro, vel vsu diuturno, vel etiam officijs repente, &c. Offic. 12 a, Beneficia vltro citroq; data & accepta. de Som. 126 b, Multis verbis vltro citroq; habitis, ille nobis consumtus est dies. de Natu. 42 b, Elementis sursum deorsum, vltro citroq; commeantibus.

† Syntaxis. *Elementa sursum, deorsum, vltro citroq; commeantia.*

VLVBRÆ, arum. *oppidum.* Epist. 105.

VLVBRANVS, Epist. 101.

VLVANS, Orat. 199 a, Inclinata vlantiq; voce more Asiatico canere: id est, miserabili & absona, qualis solet esse canum & luporum miserè vlantium.

VLYSSES, sis. I. de Orat. 101 a, Vlysses vir sapientissimus, patriæ suæ conspectum immortalitati anteposuit. I. Offic. 23 a, Quàm multa passus est Vlysses, in illo errore diuturno. I. Famil. Illò si veneris, tanquam Vlysses, cognosces tuorum neminem. Tusc. li. 2, Vlysses apud Sophoclem perquam

quàm flebiliter lamentatur in vulnere. 2. Tusc. Qui ferunt faucium, personæ grauitatem intuentes, non dubitarunt dicere, Tu quoque Vlyses, &c. qui confectus in armis æuum agere. Brut. Neque enim iam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Vlyssi tribuisset Homerus, & Nestori. quorum alterum vim habere voluit, alterum suauitatem: nisi iam tum esset honos eloquentiæ. 10. Fam. Itaque Homerus non Aiaceum, nec Achillem, sed Vlystem appellauit *ἠλοδίοσος*. 3. Offi. Quid auditurum putas fuisse Vlystem, si in simulatione perseverasset, quum maximas res gesserit in bello, 5. Tusc. Etiam heroicis ætatibus Vlystem & Nestorem accepimus & fuisse, & habitos esse sapientes. 3. Offi. Talis de Vlyste nulla suspicio est, sed infimulatur eum tragœdiæ, simulatione insaniam militiam subterfugere voluisse.

VMBILICVS, ci. *sedes quæ in media ventri planicie est, quasi punctum in circulo: idcirco medium cuiusque rei significat.* de Diuinat. 132 a, O' sancte Apollo, qui vmbilicum terrarum certum obsides in Verr. 225 a, Qui locus, quod in media est insula situs, vmbilicus Siciliae nominatur.

¶ Vmbilici lapilli sunt nixidi, polii, in vmbilici nostri modum collecti, & à natura facti. de Orator. 110 b, Conchas & vmbilicos Lælius & Scipio relaxandi animi causa ad Caietam & ad ad Lucrinum legabant.

VMBINVS, i. *genus nummorum in Gallia Narbonensi.* * pro Font. 278 a, Nulchalone seuerè Vmbinos & victoriatos mille, *sc. portorii nomine exegisse. Alij legunt Serueium binos H. S. &c.*

VMBRA, bræ. de Orato. 87 a, Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum parulis est diffusa ramis, quàm illa, cuius vmbra secutus est Socrates de Diuinat. 112 a, Vmbra terræ est meta nobis. de Orat. 158 a, Ne contãgio mea bonis, vmbrae obsit. *poeta.* I. P. 81 b, Omnes vmbrae etiam falsæ gloriæ consecrari. Offi. 65 b, Sed nos veri iuris germanæque iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus, vmbra & imaginibus vtimur. pro Muræ. 127 a, In quo luxuriam reperire non potes, in eo te vmbrae luxuriæ reperturum putas? de Orator. 152 a, Sed habeat tamen admiratio illa vmbra aliquam & recessum, quo, &c. pro R. P. 129 a, Vmbra equitis Rom. & imaginem videtis. Attic. 247 b, Iste qui vmbrae timet, ad eadem spectat de Diuinat. 98 b, Ceteros vmbrae vagari modo. A. academ. 6 b, Multa vident pictores in vmbrae & in eminentia, quæ nos non videmus. * de Natu. 10 a, Tum fatalem vmbrae, necessitatem rerum futurarum *Deum dicit esse.*

† Syntaxis. *Vmbrae falsæ gloriæ consecrari. Non solidam naturam tenes, sed vmbrae & imaginem. Vmbra & eminentia in picture.*

VMBRACVLYM, li. *locus frondibus tectus, vt solis ardorem repellat. ponitur pro ocio.* de Clarif. 167 b, Procefferat enim in solem & puluerem, non vt è militari tabernaculo, sed vt è Theophrasti vmbrae. de Legib. 187 a, Phalerus ille Demetrius mirabiliter doctrinam ex vmbrae eruditorem, ocioque non modò in solem atque puluerem, sed in ipsum discrimen aciemque perduxit. * 5. de Leg. Ea quæ restant, in illis aliorum vmbrae persequamur.

VMBRATILIS, le. *quod in vmbra ocioque versatur.* Tusc. 180 b, Vita vmbrae & delicata de Orat. 97 b, Educenda præterea dictio est ex hac domestica exercitatione & vmbrae, medium in agmen in puluerem, in clamorem, in castra atque aciem forenses: & ex literis aliquid in aspectum lucemque proferre. Orat. 202 b, Oratio philosophorum mollis & vmbrae.

VMBRIA, bræ. *regio Italiae.* de Diuinat. 99 b, & pro S. R. 26 a. & pro Muræ. 134 a.

VMBRIFERA, a, um. de Diu. 85 a, Inque Academia vmbrae, &c. & 121 b, Sub platano vmbrae.

VMBROSVS, a, um. *opacus, vmbrae.* Qu. frat. 318 b, Ego locum ætate vmbrosiorem vidi nunquam.

VNA, simul, pariter, communiter. Attic. 108 a, Si in Italia Pompeius consistit, erimus vnâ. pro Milon. 108 a, Cùm essem vnâ cum eo in turba Att. 113 b, Mulieres in Formiano esse volui, & vnâ Cicerones. de Orat. 88 b, Qui cum illis vnâ ipsum illum Carneadem diligentius audierat. de Finib. 86 a, Qui vnâ secum philosophati sunt. & 81 b, Si id non probares, quod minus ambò vnâ necaremini, non precarere, &c. I. V. 55 a, Is si mei consilij causam rationemque cognoverit, vnâ & id quod facio, probabit, & in hac causa putabit, &c.

VNCIA, ciæ. *assis pars duodecima.* Qu. frat. 328 b, Quas enim tabulas se putauit obsignare, in quibus in vncijs firmissimum tenuerat, non obsignauit. In vncijs, dixit: pro, in bonis, vel hereditate.

VNCINATVS, a, um. *aduncus.* Academ. 30 b, Hamatis vncinatisque corporibus.

VNCTIO, onis. *palæstra, luctatio.* de Orat. 110 b, Philosophum omnes vnctiois causa relinquunt.

VNCTOR, oris. *alipres.* Epist. 107 a, Qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere, & sat bonum vnctorem.

VNCTYRA, ræ. *vnctio.* de Leg. 182 a, Hæc præterea sunt in legib. de vnctura, quibus seruilis vnctura tollitur.

VNCTVS, a, um. *delictus, oblitus.* I. A. 185 b, Antonius eo die nudus, vnctus, ebrius concionatus est. Attic. 187 a, Pro isto afflo sole, &c. à te nitidum solem vnctumque repetemus de Clarif. 171 b, Vnctior quædam consuetudo loquendi. † Syntaxis. *Vncti dicendi ratio.*

VNCTVS, ci. *instrumentum incuruum, quo vtimur ad multa.* I. A. 153 b, Vnctus impactus est fugituo illi. pro Rab. 93 b, Vincicare aliquem à verberibus, ab vncto.

VNDA, dæ. *fluctus.* pro Pl. 262 a, Campus atque illæ vnda comitiorum sic effruescunt quodam quasi æstu, vt ad alios accedant, ab alijs recedant. Tusc. 189 b, Equi Pelopis, qui per vnda currus suspensos rapuisse feruntur. I. A. 226 a, O' spectaculum non modò hominibus, sed vnda ipsis & littoribus luctuosum. I. A. 257 b, Prius vnda flammamque redire in gratiam. * 2. Academ. Mare nõnne cærum? At eius vnda, cum est pulsa remis, purpurascit.

VNDANS, tis. *fluctuans.* de Nat. 44 a, Vndans fretum. *Acij.*

VNDE, ex quo, à quo: *ratione causæ, originis, à ve, loco, &c.* pro Cecin. 392 a, Hoc verbum Vnde, vt unq; declarat, & ex quo loco, & à quo loco. Ad Her. 3 a, Si inde incipiemus narrare, vnde necesse erit. de Fini. 130 b, Quærimus autem non quæ sit beata vita, sed vnde sit. contra Rull. 78 a, Vnde iste amor tam repentinus? de Arusp. 250 b, Alterum putabo regem, si habuerit, vnde tibi soluat. Epist. 233 b, Hem mea lux, vnde omnes opem petere solebant. de Sen. 79 b, Quasi diuinarem illo extincto, fore vnde discerem neminem. de Orator. 90 b, De ea re melius dicet, quàm ille ipse, vnde didicerit. I. V. 99 b. Dū est, vnde ius ciuile discatur. de Clar. orat. 165 a, Eloquentia, vnde longè absunt. I. A. 257 b. Mouerit sedib; huic vrbi melius, atque in alias, si fieri possit, terras demigrare, vnde Antoniorum nec facta, nec nomen audiat, quàm, &c. I. V. 147 a, Vt mihi responderet vbi esset, quis esset, vnde esset. de Finib. 76 a, Tenuit per magnam Sextilium hæreditatem: vnde si secutus esset illorum sententiam, nec nummum quidem vnū attigisset. Attic. 65 a, Non recordor vnde ceciderim, sed vnde iurrexerim de Leg. 160 b, Vnde etiam vniversus hic mundus, &c. * in Pis. Hoc non ad contemnendam Placentiam pertinet, vnde is se ortum gloriari solet, Hortens. Vnde facilius quàm ex annalium monumentis cognoscitur. Acad. Eam materiam rerum, vnde orta sunt omnia.

¶ Personæ. pro S. R. 30 a, Qui cum necasset, vnde ipse natus esset. Offi. 22 a, Athenienses, vnde fruges ortæ putantur. I. V. 154 b, Ille vnde ablatum est, iudicio suum recuperare potest. Epist. 100 a, Omnibus vnde petitur hoc consilij dederint, vt, &c. de Orator. 135 a, Potest fieri, vt is vnde te audisse dicis, iratus dixerit. p. Syl. 180 b, Verbū, vnde aliquis possit offendi. * Protag. Vnde appares? Ab Alcibiade.

VNDE, *numerus propositum supra decem, vnū detrahit à quouis numero: præter undecim, & quæ ab hoc deducta sunt: sicut duode, detrahit duo, præterquam in duodecim.*

VNDECIES, I. V. 112 b, H S undecies numeratum esse. ibi. Ita H S undecies. Q Dionem perdidisse.

VNDELIBET, ad Her. 39 b, At istud quidem facillè fuit vndelibet inuenire.

VNDE VIGINTI, de Cl. 185 b, Is vnde viginti annos natus erat eo tempore.

VNDEQUINQUAGESIMVS, pro Pomp. 19 b, Vnde quinquagesimo die.

VNDE VIGESIMVS, siue **VNDE VICESIMVS**, de Sen. 80 a, Anno vnde vicesimo post eius mortem hi Coss. facti sunt.

VNDIQUE, ex omni parte, ex omni genere. de Diu. 80 a. I. V. 135 a, Concurrunt vndique ad istum Syracusas. Tusc. 245 a, Vita vndique bonis referta. de Fin. 141 b, Honestas vndique perfecta & absoluta de Nat. 33 a, Mundus perfectus vndique est. de Orat. 100 b, Passim carpere, & colligere vndique, & 151 a, Res vndique exquisitæ, collectæ, accersitæ, comportatæ. de Fin. 131 a, Hominis natura vndique perfecta. Attic. 161 b, O' rem vndique miseram. I. V. 249 b, Locus sepe vndique. pro Pomp. 9 a, Sicilia multis vndique cincta periculis. pro Sest. 25 a, Qui omni genere orationem occupatur, & omnes vndique flosculos carpit. in Anton. 181 a, Aut vndique religionem tolle, aut vsquequaque conferua. de Vni. 195 b, Mūdus est vndique corporatus. de Fin. 130 b, Viuere ex hominis natura vndique perfecta, & nihil requirere.

VNGO, gis: *unctum.* perungo. in Verr. 218 a, Matronas Dianam vnxisse vnguentis, complēse coronis & floribus, ture, odoribusque incensis. Par. 121 a, Qui tractant ista, qui terunt, qui verrunt, qui spargunt, &c. Attic. 122 a, Cæsar vnctus est, accubuit.

VNGVENTARIUS, *rij. qui vnguenta conficit vel vendit.* Offic. 30 b, Adde his, si placet, vnguentarios, saltatores, totumq; ludum talarium. Attic. 220 a, Plotinus vnguentarius. * I. P. 84 b, Gabinium si vidisset Duumvirum vestri illi vnguentarij, citius agnouissent.

VNGVENTUM, *ti. odorum rariorum permixtio, addito oleo, vel balsamo, aut alio pingui liquore, deliciaum causa & luxuria, interdum etiam valetudinis comparata.* Tusc. 240 a, Aderant vnguenta, coronæ, incendebantur odores. I. V. 160 b, Cum interea Apronius caput atque os suum vnguento perficaret. I. A. 207 b, Non te illius vnguentorum odor, non vini anhelitus in eam cognitionem adducebat, vt, & c. de Orat. 152 a, Vnguentis minus diu delectamur, summa & acerrima suauitate cõditis, quàm in his moderatis; & magis laudatur, quod terram, quàm quod crocum olet. Postquam. 206 b, Ille vnguentis õblitus irrisit squalorem vestrum. I. C. 103 b, Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura. pro Sest. 6 b, Cõsul vnguentis affluens calamistrata com. pro Cæl. 34 a, Qui vnguenta sumserit, qui Baias viderit. I. V. 218 a, Matronas Dianam vnguentis vnxisse, complexisse floribus, & c. de Nat. 55 b, Vnguentorum compositiones, & condiciones ciborum. Acad. lib. 2, Quibus etiam alabaster plenus vnguenti putere videtur. Nonius. * pro Qu Gall. Vnguentis õblitus. Incer. Meliõra vnguenta sunt quæ terram, quàm quæ crocum sapiunt.

† Syntaxis. *Vnguentis õblitus, nitens, affluens.*

VNGVICULI, *orum.* de Fini. 143 b, Integritas vngniculorum omnium. Epist. 6 a, Qui mihi a teneris (vt Græci dicunt) vngniculis es cognitus.

VNGVIS, *guis.* de Natur. 50 a, Quædam animalia vnguium tenacitate cibum arripiunt. pro Dom. 215 a, Etenim hoc vlcere tanquam vnguis existeres. Att. 210 a, In omni vita sua quenq; à recta conscientia transuersum vnguem non oportet discedere. Fam. lib. 2, & Acad. Quem incomptis vnguis bachantes asperoque ore discerpant. pro Qu. Rosc. 48 a, Nõne ab imis vnguis vsque ad verticem summum, si quam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura, ex fraude, fallacijs, mædacijs consistere totus videtur. Epist. 107 a, Vrge igitur, nec transuersum vnguem (quod aiunt) à stylo.

VNGVLA, *læ.* de Nat. 62 a, Ergo illud in silice vestigium vngulæ Castoris equi credis esse? in Arat. Vngula equi. Tusc. 187 a, Toto corpore atq; omnibus vngulis, vt dicitur, contentioni vocis asseruiunt. * Incer. Reatinis tantum paludibus vngulas iumentorum indurari.

VNICI, *singulariter.* Orator. 197 a, Nam & negare ei, quem vnicè diligerem, durum admodum videbatur. I. C. 113 a, Auus tuus qui amauit vnicè patriam. Epi. 64 b, Quos ego ambos vnicè diligo. Qu. fra. 312 a, Quosdam venisse dicebant, qui te vnicè laudarent. Epistol. 209 b, Præcilium tibi commendo vnicè.

VNICUS, *aum.* vnica, *singularis, insignis.* I. A. †, Vt nemo vnquam vnici filij mortem magis doluerit. pro S. Rosc. 25 a, Quæramus quæ tanta vitia fuerint in vnico filio. Epist. 49 a, Quod erat vnicum solatium in malis. Postquã, 206 a, Si Qu. Metellus illo tempore consul fuisset vnicus. pro Qu. 7 a, Vnica liberalitas. de Senec. 90 a, Elogium vnicum. ad Her. 23 a, Si egregiam pulcritudinem, aut vnicam turpitudinem eis attribuemus. & 18 a, Vnica malitia, & vnica nequitia.

† Syntaxis. *Vnicum bonum, malum.*

VNIGENA, *næ.* vnicus. de Vniuer. 197 a, Singularem Deum hunc mundum atque vnigenam procreauit. * *Alij Vnigenam legunt.*

* VNIGENVS, *aum.* vnicus. de Vniuer. 197 a, Singularem Deum hunc mundum atque vnigenum procreauit. *Alij Vnigenam legunt.*

VNIVERSALIS, *le.* vniuersus, *absolutus.* ad Heren. 13 a, Nam in huiusmodi rationibus non vniuersali, neque absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur. *aliter, inuersa. aliter, vniuersa.* Varro de lingua Lat. 1104, & 50 Vniuersalis causa.

VNIUERSE, *generatim, generaliter.* in Verr. 265 a, Nam quid ego de cæteris ciuium Romanorum supplicijs sigillatim potius, quàm generatim atque vniuersè loquar? Attic. 69 a, In Cumano cum essem, venit ad me noster Hortensius: cui deposcenti mea mandata, cætera vniuersè mandauit: illud probè, ne pateretur, & c. Att. 125 a, Nec tam irruptio pertimescenda, quæ Luceriæ multis sermonibus denunciata est, quàm vniuersè interitus.

VNIUERSTITAS, *tis.* vniuersum, *mundus.* de Natur. 59 a, Licet enim contrahere vniuersitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, postremò deducere ad singulos, de Vniu. 195 b, Atque illum quidem quasi parentem huius vniuersitatis inuenire difficile est. & 202 b, Atque ita quasi in curram vniuersitatis corpus planum & æquabile

explicaretur. * de Natu. 10 a, Vniuersitatem rerum, quæ omnia continentur, Deum dicit esse. & 24 b, Censet imagines diuinitate præditas inesse vniuersitati rerum. *Alij legunt in vniuersitate.*

† Syntaxis. *Non sigillatim, sed generatim ac vniuersè. Multa vniuersè dicere. Timeniùs est vniuersè interitus.*

VNIERSVS, *aum.* totus, *omnis, infinitus, confusus, communis, perpetuus.* Academ. 18 b, Qui loquitur de vniuersis, nihil excipit. quid enim potest esse extra vniuersa? de Natu. 10 a, Communis rerum natura, vniuersa atque omnia continens. de Nat. 25 a, & Tusc. 162 b, Imagines ingentes, tantæque, vt vniuersum mundum complectantur. de Fini. 88 Vniuersum mare. I. V. 143 a, Ergo ab vniuersa prouincia, generatimque à singulis eius partibus diligitur, & c. de Inuent. 50 a, Non incommodus videtur, quandam syluam atque materiam vniuersam atq; permixtam & confusam exponere omnium argumentationum. pro Qu. 17 a, Bonorum possessio spectatur non in aliqua parte, sed in vniuersis. de Orator. 86 b, Ex illis rebus vniuersis eloquentia constat, quibus in singulis elaborare permagnus est. Att. 235 a, Καθολικὸν πᾶσι μὲν. pro Flac. 135 a, Vniuersus & communis de Orat. 122 a, Genera vniuersa. & 121 a, b, Perpetui iuris & vniuersi generis quæstio. item, Generum vniuersæ quæstiones. Reuocari ad genus & naturam vniuersam. Ad vniuersi generis disputationem referri. de Orator. 115 a, Non mihi minus operis videtur de vniuersis generibus rerum, quàm de causis singulorum dicere. & 119 a, Vel separatim de genere vniuerso dicere, vel de singulis hominibus. & 121 a, Reuocari ad genus, & naturam vniuersam, reuolui ad communes rerum & generum summas, referri ad vniuersi generis disputationem. & 162 b, Loci communes, qui de vniuersa re tractari solent. & ibid. Ancipites disputationes, in quibus de vniuerso genere in vtramque partem differi copiosè solet. de Clarif. 169 a, In vniuersa eloquentia. (in aliqua parte dicendi. Orator. 207 b, Genus vniuersum in species certas parti ac diuidere. de Clar. 178 a, Rem vniuersam tribuere in partes. de Orat. 90 a, Vniuersam ac propriam oratoris vim definire. de Natu. 60 b, Tibi permitto respondere, ne mihi malis de singulis rebus quærenti, & an vniuersam audire oratione meam: id est, perpetuam. I. V. 66 a, Quæ singulariter collecta sunt, vniuersa perdere. I. A. 160 a, Cum à summis, medijs, infimis, cum deniq; ab vniuersis hoc idem fit. pro Pomp. 10 a, Maria omnia tum vniuersa, tum in singulis oris omnes sinus atq; portus. pro Qu. Rosc. 52 a, Est tuæ arrogantia, vitæque vniuersæ vox. de Orat. 123 b, Vnde vniuersum flumen erumpat. Postquam. 204 a, Quis possit vestra in nos vniuersa promerita non dicam complecti oratio, sed percerere numerando? pro Dom. 240 b, Bis à me salutem accepit: separatim semel, iterum cum vniuersis. Offic. 43 b, Quæ in multitudine cum contentione habetur oratio, ea sæpe vniuersam excitat gloriã. pro Sest. 3 b, In hac confusa atque vniuersa defensione. Offic. 57 a, Eandem esse vtilitatem vniuersi vsq; & vniuersorum. I. P. 93 b, Fac huius odij tanti ac tam vniuersi periculum, si audes. de Nat. 59 a, Quæ si singula vos fortè non mouent, vniuersa certè mouere debent. & ibid. Nec verò vniuerso generi hominum solùm, sed etiam singulis à dijs immortalibus consuli solet. & ibid. Dij separatim ab vniuersis singulos diligunt. de Orat. 138 a, Nihil est denique in natura rerum omnium, quod se vniuersum profundat, & quod totum repente euolet. Offic. 10 b, Vniuersi generis humani societas. Offic. 22 b, Contra naturam vniuersam nihil contendendū est. de L. 160 b, Vniuersus mundus. & 159 a, Complectenda in hac disputatione tota causa vniuersi iuris est ac legum, vt, & c. de Vniu. 196 b, Si illud elogium pro lege palam vniuersis recitarem. Epist. 72 a, Non facillè exhauriri posse tibi dolorem vniuersum puto. * de Natur. 24 b, Principia mentesq; quæ sunt in eodem vniuerso, Deos esse dicit.

† Syntaxis. *Communis rerum natura, vniuersa, atque omnia continentis. Sylua & materia vniuersa atque permixta, & confusa. Vniuersum genus. Genus & vniuersa natura. Rem vniuersam tribuere in partes. Vniuersa perdere: id est, omnia simul. Vniuersa vitæ, flumen. Deus separatim ab vniuersis singulos diligit. Contra naturam vniuersam nihil sentiendum. Vniuersus mundus. Hoc se stantim vniuersum profundit.*

VNIUSMODI, *non varius.* (multiformis. Att. 140 a, Noli enim putare tolerabiles horum insanias nec vniusmodi fore. de Vniu. 198 b, Materia semper est vniusmodi, suiq; similis, & eiusdem naturæ. Academ. 44 a, Principes qualitates sunt vniusmodi, & simplices, ibidem. Quia sola cerne-ret, quod semper esset simplex, & vniusmodi & tale quale esset.

† Syntaxis. *Vniusmodi, sui similis & eiusdem naturæ. Vniusmodi & simplex.*

VNQVAM. *omni memoria.* Orat. 200 b, Isocrates præstat omnibus, qui vnquã orationes attigerunt. de Ar. 252 b, Quod sacrificium nemo vnquam adiit, nemo nisi P. Clodius omni memoria violauit. Tusc. lib. 4, Quis homo te exuperavit vnquam gentium impudentia? Attic. lib. 3, Quum ita me afflictum videas, vt neminem vnquam nec videris, nec audieris.

VNVSA, um. *solus, singularis, idem.* de Diu. 115 a, Physici, qui omne quod esset, vnum esse dixerunt. de Orat. 144 b, Omnia quæ supra & subter sunt, vnum esse, & vna vi, atq; vna consensione naturæ constricta esse. I. C. 114 b, Ille erat vnus timendus ex his omnibus. I. C. 121 a, In hac causa omnes sentiunt vnum atq; idem pro Flac. 159 a, Lacedæmonij ita multos annos vnus moribus, nunquam mutatis legibus viuunt. pro Syll. 168 b, Simplex est officium, atque vna bonorum omnium causa. Offic. 41 a, Confugiunt ad vnum aliquem virtute præstantem. de Am. 111 a, Alterius animum cum suo commiscere, & efficere penè vnum ex duobus. & 113 b, Vnus quasi animus fiat ex pluribus. de Diu. 128 b, Exitus quidem omnium vnus & idem fuit. de Som. 131 a, Anima est vna ex omnibus, quæ sese moueat. pro Planc. 276 a, Is enim vnus fuit de magistratibus, qui, &c. de Prou. 73 b, Vnum pro vniuersis subire atq; excipere pericula. de Leg. 170 a, Fibrenus rapidè dilapsus citò in vnum conluit. de Diuina. 81 a, Xenophanes vnus, qui deos esse diceret, diuinationem funditus sustulit. & 126 b, Pangætius, qui vnus è Stoicis Astrologorum prædicta reiecit. In Ant. 167 a, Sed vnã rem vereor, ne non probes. & 223 a, Si omnes iurisperiti in vnum conferantur, cū Scru. Sulpitio nõ sunt comparandi. Par. 118 b, C. Marius, qui mihi in secundis rebus vnus ex fortunatis hominibus, in aduersis vnus ex summis vnus videbatur. pro Cec. 296 b, Hoc etiãsi verbo differat, re tamen erit vnũ, & idem in omnibus causis valebit. pro Quint. 13 b, Vnum ramen hoc cogitent, se, &c. & 12 b, Vnũ illud dico, si propter, &c. pro Pomp. 5 b, Ab vnis hostium copijs bellũ geri. pro Sext. Rosc. 19 a, Nõ electus vnus, qui maximo ingenio: sed relictus ex omnibus, qui minimo periculo possem dicere. I. C. 108 a, Quibus hoc præcipiendũ videtur, vnum scilicet & idem quod ceteris. pro Cec. 296 b, Si tu solus, aut quiuis, &c. pro Clu. 22 a, Filius, quem tantũ vnũ ex multis fortuna mihi reliquum esse voluit. Epist. 253 a, Quanquam qui cū loquor? cū vno fortissimo viro, qui, &c. Attic. 2 a, Panætius vnus omnino comes fuit. ad Her. 25 b, Nemo vnus: *id est, solus.* & 36 a, Colligere & conferre omnia in vnum. de Inu. 56 a, Conducere multa in vnum. & 42 a, Compellere aliquos dispersos in vnum locum, ad Heren. 33 b, Eiusdem vnus aut plurium verborum iteratio. Ep. 153 a, Ego cam sententiam dixi, cui sunt assensu ad vnum. pro M. L. 114 a, Deinde dixit, se gladio percussum esse ab vno de illis, ne indicaret. pro Font. 276 a, Vnã tabulæ proferantur. pro Font. 278 b, Vnum est & simplex aurium iudicium. pro S. R. b, Cùm multæ causæ conuenissè vnum in locum videntur. de Or. 93 a, Cùm te vnum ex omnibus ad id dicendum maximè aptum cognossem. & 85 b, Qui non aliqua in re vna separatim elaborarunt, sed omnia comprehenderunt. Orat. 208 a, Duplices loci, vni, &c. alteri, &c. I. V. 199 a, Vnã decumã. Att. 232 b, Adductus sum tuis & vnus & alteris literis. I. V. 254 b, Vna atq; eadem nox erat. Orat. 208 b, Eadẽ & vna res. de Inuent. 62 b, Nobis non vnum aliquod proposuimus exemplum. & ibid. Vni alicui certo sese addicere. Qu. frat. 289 b, Superioribus literis non vnus, sed pluribus, &c. de Orat. 138 a, Vitiã quæ sint in aliquo iudice vno, vel pluribus. Octau. 231 a, Consumtus vno atq; eodem igni. Orator. 156 a, Siue plura sint, siue aliquod vnum pro Cl. 23 a, Vno tempore duas res audire. de Or. 156 a, Quid vnum excellat ex omnibus. Attic. 182 a, Est autem vnum, quod mihi sit optandũ si quid agi de pace possit. de Leg. 168 b, Vna mœnia. de Cl. 175 b, Vnus enim est sonus rotationis, & idem stylus. Qu. fr. 297 a, Vt in tuis summis laudibus vnã excipiant iracundiam. Octau. 330 a, Militibus veteranis in vnum conductis. I. A. 196 b, Si hoc genus in vnum redigatur. de Amic. 112 a, De amicitia omnes ad vnũ idem sentiunt, de Vn. 195 b, Quod vnũ semper atq; idem est. I. V. 194 a, Data tibi pecunia est: vna, qua frumentum tibi emeris in cellam: altera, qua, &c. de Clar. 184 b, In quacunq; vna, &c. nullã vna, &c. & 172 a, Vnum quasi cõperendinatus medium diem fuisse. cont. Rul. 73 a, Vnus vilus: *id est, vnus aliquis.* in Ant. 224 b, Vnus aliquis. * pro M. Scäu. Quum vnum ex omni memoria sceleratissimum fuisse accepimus. ibid. Cùm ex multis vnus ei restaret inimicus. de Fat. Cùm vnum & alterum exijs inuitasset. pro M. Tull. Vt non vnã rei statui putetur iudicium. ad Her. 60 a, Enumeratio est, per quam res dispersæ & diffusæ dictæ vnum in locum coguntur, & reminiscendĩ causa vnum sub aspectum subiiciuntur.

† Syntaxis. *Vnũ vitare moribus, In vnum omnia omnes conferre. Hunc tantum vnũ ex multis dicam. Ad vnũ omnes assentiuntur.*
VNVSQVISQVE. *singuli.* Offic. 57 a, Eandem esse vtilitatem vniuscuiusque & singulorum. I. C. 121 a, Qui singulas vniuscuiusque domos, & hoc vniuersum reipubl. domicilium delere conati sunt. pro Syll. 179 a, Vniuscuiusque indulgentiam testarè in suos. Parad. 117 b, Ponite ante oculos vnumquemque regum. &c. de Nat. 73 a. & de Or. 23 a, Sentit domus vniuscuiusque. de Orat. 131 b, & 141 a, Propriè de vnoquoque dixit. Tusc. 176 b, Quid in vnaquaque re verisimile esset inuenire. I. V. 217 b, Sigillatim vnumquemque appellare. & 230 b, Qui hospites ad ea quæ visenda sunt, ducere solent, & vnumquidque ostendere, &c. de Fin. 103 b, Et vnumquemque nostrum eius mundi esse partem. pro S. R. 26 a, Vnusquisque vestrum. ad Heren. 32 b, Vtrumque ad vnumquodque. pro S. R. 32 a, Neque omnia dicam, & leuiter vnumquodque tangam.

VOCABVLVM, *li. nomen, verbum, vox.* de Ar. 249 a, Qui ludi ne vno quidem verbo appellatur Latino, vt vocabulo ipso Matris magnæ nomine religio suscepta declaretur. de Natur. 80 a, Chaldaei non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati. de Inu. 50 a, Nomen est, quod vnicuique personæ datur, quo suo quæque proprio ac certo vocabulo appellatur. de Leg. 163 b, Rebus non mutatis immutare vocabula. & 172 b, Nomen neniæ, quo vocabulo etiam Græci cætus lugubres nominant. pro Cec. 294 b, Rem aliquam suo certo ac proprio vocabulo nominare. de Orat. 157 b, Cùm res suum nomen & proprium vocabulum non habet. de Orat. 217 b, Ab alijs iisdem pedes, alijs nominantur vocabulis. I. P. 99 a, Vocabula tantum pecuniarũ, & genera mutabas. de Nat. 9 b, Res viles & salutare decorum esse vocabulis nuncupatas. * Acad. Non vocabulorum opificem sed rerum inquisitorem decet esse sapientem.

¶ *Notatio, etymologia, & vocabuli explicatio.* de Or. 123 b, Cum aut res quæ sit tota quærat, aut pars eius, aut vocabulum quod habeat. ibid. Sin ex vocabulo, sumitur argumentum: vt Carbo, si consul est qui consulit patriæ, quid aliud fecit Opimius?

† Syntaxis. *Suo certo ac proprio vocabulo res appellare. Hoc non habes suum nomen & proprium vocabulum.*

VOCALIS, *le* de Orat. 204 a, Habent enim ille tanquã hiatus, concursu vocalium, molle quiddam ad Her. 27 b, Crebræ vocalium concursiones, quæ vastam & hiantem orationem reddunt. item, Nemo tam rusticus est, qui vocales nolit coniungere. de Cl. 187 a, Addamus huc etiam, ne quem vocalem præterijssè videamus, C. Cosconium: *id est, habentem vocem.*

VOCANDVS, *a, nm. hortandus.* de Orat. 139 a, Ad mentes iudicum permouendas, & ad vtilitatem nostram vocandas. de Legib. 171 a, Lex vim habet ad rectè facta vocandi, & à peccatis auocandi.

VOCATVS, *a, um.* pro Clu. 57 b, Noui quidam homines in suspitionem vocati sunt pro Cec. 287 a, In partem mulieres vocatæ sunt. pro Mur. 141 a, Ad prandium vulgò vocati. * pro M. Scäu. Abeodem lege Varia custos ille Reipu. proditiõis est in crimen vocatus.

VOCATVS, *tus. accessus.* de Orat. 143 a, * Manè Idib. Septembr. & ille & senatus frequens vocatu Drusi in curiam venit.

VOCIFERATIO, *onis. vox quaedam effrenatio, clamor.* I. V. 267 b, Ante L. Flauij cæterorumque, de L. Herennio vociferatio commouebat? pro Cl. 23 b, In ipso sermone hoc, & vociferatione mortua est. pro S. R. 20 b, Vociferatione accusatores in iudicijs vti solent. * ad Heren. 20 a, Habet quiddam illiberale, & ad muliebrem potiùs vociferationem, quàm ad virilem dignitatem in dicendo accommodatũ. & 21 a, Vt vim volubilem orationis vociferatio consequi possit. pro Sex. Rosc. 20 b, Qua vociferatione in cæteris iudicijs accusatores vti consueverunt, ea nos hoc tempore vitur, qui causam dicimus.

VOCIFERO, *as. vociferor, clamor, clamorem edo, exclamo.* I. V. 119 b, Si hoc vociferare velim, quàm indignum sit, &c. & 208 b, Minitari & vociferare palam.

VOCIFEROR, *aris. vocifero.* pro S. R. 20 a, Nec satis liberè vociferari possum, &c. pro R. P. 125 b, Quid vociferabere decem millia talenta Gabinio esse promissa?

VOCITO, *vero.* de Nat. lib. 2,

Quas nostri septem soliti vocitare triones,

* **VOCITOR,** *aris. vocor.* pro Rab. 123 a, Demetrius, qui Phalereus vocitatus est.

VOCO, *as. aduoco.* Ep. 161 a, Cùm senatum ad XII cal. Ian. Trib. pleb. vocasset pro Mur. 129 b, Ibi ego te ex iure manu confertum voco. pro Qu. 11 a, Vocare aliquem in ius pro Milo. 109 a, Milo Clodium ad iudicium bis, ad vim nunquam vocauit. Att. 94 a, Hunc ego patris causa vocaui ad cœnam. * pro Dom. 214 a, Cùm tanta multitudo ciuium tam re-

tam recenti officio suo me ad referendam gratiam nominari vocarent.

¶ *Reuoco.* pro Deiot. 149 a, Is vestram familiam in lucem & tenebris vocauit.

¶ *Inuiso, abstraho* Ep. 147 b, Quorum rerum spe ad laudem me vocasti. Att. 41 b, Quod me ad vitam vocas. & 198 b, Quod me a necessitate vocas, multum proficies, &c.

¶ *Clamo, inuiso.* pro Rab. 94 b, Cum ad arma, consules ex senatusconsulto vocauissent.

¶ *Traho.* I. C. 99 b, Nunc iam vitam omnium, Italiam totam ad exitum vastitatemque vocas.

¶ *Impello.* Att. 41 b, Et te in eundem luctum vocem. de L. 158 b, In longum sermonem me vocas.

¶ *Adduco.* I. A. 171 a, Ne me apud milites in inuidiam voces. pro Sest. 27 a, Qui claros viros in inuidiam aliquam vocauerunt. pro Rab. 94 b, Detrahere de aliquo, & eum in inuidiam vocare. Offic. 17 b, Vocare aliquem in odium aut inuidiam falsis criminibus. pro Cec. 297 b, Aucupia verborum in inuidiam vocant. * de Leg. 173 a, Quos *Dimos* in caelum merita conuocauerint.

* *Appello, nomino.* Acad. Quae tu si alio nomine vis vocare. de Clar. 170 b, Ornari orationem putant sententiarum orationisque formis, quae vocantur *appellatae*. Acad. 5 b, Comprehensio, quam *appellatae* illi vocant.

VOCOR, tis. *appellor.* de Or. 155 a, Septem fuisse dicuntur vno tempore, qui sapientes & haberentur & vocarentur. de Nat. 70 b, Hunc Aegyptij Thoyth appellant: eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur. * Incer. Animalia byturos vocari. de Or. 152 b, Peripatetici & Academici philosophi a Graecis Politici philosophi appellati vniuersarum Rerumque nomine vocabantur.

¶ *Trahor.* de Or. 106 a, Causae, quae omnino in iudicium vocari non solent. pro Cor. 68 b, Vocari in iudicium de aliqua re. * pro Cornel. 55 b, Ut nullius in delicti crimen vocaretur. de Diu. 9 a, Annibalem cum cepisset Saguntum, visum esse in somnis a Ioue in Deorum concilium vocari.

¶ *Perducor.* de Or. 111 a, Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur. & 135 b, In disceptionem aut controuersiam vocari.

¶ *Aducor.* I. V. 262 b, Idcirco a me in crimen & inuidiam vocari. & 237 a, Vocari in susceptionem coniurationis. pro Pom. 6 a, Vocari in periculum & discrimen. Ep. 119 a, Vocari in eadem conditionem. * Ep. 73 a, Ego te P. Sexti, & primus temporibus illis, quibus in inuidiam absens & in crimen vocabare, defendi, &c.

VOCANTII, populi. Ep. 157. *Planci.*

VOCULA, ae. Ep. 27 a, Sed incurrit haec nostra laurus non solum in oculos, sed etiam in vuculas maleuolorum. * de Or. 152 a, Quamto molliores sunt & delicatior in cantu flexiones, & falsae vuculae, quam certae & seuerae? Att. 37 b, Cum recreandae vuculae causa necesse esset mihi ambulare.

VOLATERRAE, oppidum. *Heiuriae.* pro S. R. 21 b.

VOLATERRANI, I. V. 287. Ep. 203, Att. 18.

VOLATICVS, a, um. *inconstans.* Att. 212 b, O' Academiam volaticam, & sui similem, modò illuc. de Arusp. Furentes ac volaticos impetus, &c.

VOLATILIS, le, volucer. de Nat. 56 b, Vescimur bestiis & terrenis, & aquatilibus, & volatilibus.

VOLATVS, tus. *lapsus volucrum.* de N. 46 a, Aer volatus ausu sustinet. de Diu. 80 b, Volatibus ausum, cantibusque declarari res futuras. & 85 b, Aquilae admonitus volatu. de Nat. lib. 2, Cum pulli pinnulas vti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur.

VOLITANS, tis. pro Fl. 154 a, Homo volitans gloriae cupiditate. Post. red. in sen. 205 a, Homines cum ferro & facibus tota urbe volitantes. * de N. 22 a, Sunt quaedam etiam bestiae quae igni nasci videntur, apparentque in ardentibus fornacibus saepe volitantes.

VOLITES, tum, velites. Cic. de Republ. Militari mote veterum velocissimi cum scutis leuibus pedites, ad hoc ipsum exercitum, ipsidem miscendi: quos expeditos, quasi volites appellabant. *aliter, velites.*

VOLITINIENSES, populi. pro Planc. 267.

VOLITO, as. *vagor.* de Or. & 99 a, Volitare in foro, haerere in iure. cont. Rull. 77 b, Volitat enim ante oculos istorum regis filius. de Orat. 118 a, & ad Her. 36 a, Volitare & vagari toto foro. contra Rull. 86 a, Volitare per gentes per regna, &c. omnia cum imperio summo, cum iudicio infinito, cum omni pecunia. * Tuscul. 155 a, *volito vitium per ora vitium.* Ennii, de Orat. 110 b, Quemadmodum volucres videmus, &c. leuandi laboris sui causa passim ac liberè, solutas opere, volitare: sic nostri animi forensibus negotiis atque urbano opere defessi gestunt ac volitare cupiunt vacui cura atque labore.

VOLLO, as. *pennis aera feco.* I. A. 226 b, Quem nisi in via quidam retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres. in Arat.

* *Namque est ales lata sub tegmine caeli,*

Quae volat, & serpens geminis, fecat aera pennis.

Tusc. lib. 1, Volat aetas. Att. 34 a, Literae Capuam ad Pompeium volare dicebantur. * Attic. 162 b, Dubitat nostrum nemo, quin Caesar itinera repressisset: volare dicitur.

VOLVO, vis. *voluntas est, voluntate habeo, voluntas mea fert, non volo, sententia est, studeo.* Qu. fr. 310 a, Quamobrem ea te cura liberatum volo. pro Clu. 57 b, Nihil est mali, nihil sceleris, quod illa non filio voluerit, optauerit, cogitarit, effecerit. Att. 120 a, Nulla est sedes, quod occurrant illi, qui remp. defensam voluit. Ep. 207 b, Ut rem & vtilitatem sciorum per te quam maxime defensam & auctam velis. in Vat. 35 a, Volo ut mihi respondeas, &c. de Cl. 183 a, Sed is Stoicus esse voluit, orator autem nec studuit unquam, nec fuit. pro Dom. 219 a, Quid sibi iste vult? Ep. 190 a, Volo vos bene sperare. & 148 b, Volo omnes de me bene sperare. Attic. 239 a, Antonio quam iam est, volo peius esse. & 39 b, Volo illum scire ex te, me id fecisse, &c. & 175 a, Per eos qui nostra causa volunt, valentque apud illum, diligentissime contentas opus est. Leg. 190 b, Ita mehercle attendi, nec satis intellexi, quid sibi lex, aut quid verba ista vellent. I. V. 173 a, Quid verò istae sibi quinquagesimae? quid porro numerum accessiones volunt? * pro Font. 276 b, Quid coloni Narbonenses? quid volunt? quid existimat? Hunc per vos volunt. Ep. 264 a, *Ciceronis F.* Nam cum omnia mea causa velles mihi successa, *(alij haec duo omittunt)* tum etiam tua.

¶ *Caspio bene.* Ep. 132 b, Velle causa alicuius. & 229 b, Omnium causa, quos comendo, velle debeo. & 70 b, Si quid nostra causa vis. Qu. de Pet. 205, Ut intelligat qui debent causa tua referre gratiam, & qui volunt obligandi tui tempus sibi aliud nullum fore. Att. 96 b, Rhodum volo pueros causa: inde quamprimum Athenas, etsi Estiae valde restant. Sed plane volo his magistratibus quorum voluntate in supplicatione sum expertus. Ep. 36 a, Sin autem es *Philodemus*, illud non perficies, quo minus tua causa velim: hoc assequere, &c. & 213 a, Varro magnopere eius causa vult omnia. & 224 a, Te ipsius causa vehementer omnia velle. & 263 b, Valde enim eius causa volo.

† Syntaxis. *Volo bonorum, tua causa, & bonis.*

VOLVCI, antiqui Italiae populi. Attic. 144. Offic. 3. pro Corn. 61 a.

VOLVIBILIS, le. *in orbem incitatus.* de Vn. 198 b, Caelum volubile, & in orbem incitatum. de Nat. 35 a, Volubilis & rotundus Deus.

¶ *Concitat.* pro Flaec. 156 b, Homo volubilis & praecipiti quadam celebritate dicendi. ad Her. 21 a, Celeriter verba conficere, ut vim volubilem orationis vociferatio consequi possit. de Cl. 174 a, Appij volubilis, sed paulò feruidior erat oratio. & 171 b, Canorus orator & volubilis. * *L. Varen. L. Septimius est ad L. Crassi eloquentiam grauis, & vehemens, & volubilis.*

¶ *Inconstans.* pro Mil. 114 b, Vaga volubilisque fortuna.

VOLVIBILITAS, tis. *volubilis motus, conuersio, rotundus ambitus.* de Fat. 149 a, Qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit. de Vni. 201 a, Deus caelum ad volubilitatem rotundauit. * de N. 35 b, Ex vtraque re & mundi volubilitas, quae nisi in globosa forma esse non potest, & stellarum rotundi ambitus cognoscuntur.

¶ *Inconstantia.* * de Diu. 111 b, Quod temerè fit caeco casu vel volubilitate fortunae.

¶ *Celeritas, incitatio.* * de Orat. 86 a, Sine scientia verborum volubilitas inanis atque irridenda est. Orat. 201 b, Flumen alij verborum volubilitate; cordi est. pro Planc. 272 a, Non linguae volubilitas, non ars, non scientia, requiri solet.

VOLVIBILITER, celeriter, incitatè. Orat. 217 b, & 218 a, Fundere orationem volubilitate.

VOLVCR, vel VOLVCRIS, cre. *volatilis, penniger, aeris, ales.* de N. 21 b, Volucres angues ex vastitate Libyae vento Africo inuehi in Aegyptum. Tusc. 235 b, Natura bestias volucres caelo frui libero voluit. de Or. 110 b, Volucres videmus procreationis & vtilitatis suae causa fingere & construere nidos. Acad. 20 b, Quaedam volucres vident longius. de Diu. 84 a, Astrorum volucres motus. & 121 b,

--- *vbi nam teneris volucres matremque peremis.*

Amic. 112 a, Bestiae volucres, agrestes, natantes. * de Finib. 87 b, Videmus in quodam volucrum (Charisius volucrum legit) genere nonnulla indicia pietatis, cognitionem, memoriam, in multis etiam disciplinam videmus.

¶ *Incerus, dubius, inconstans.* pro Syl. 184 b, O' falsam spem, o' volucrum fortunam.

¶ *Precept.* de Clar. 105 b, Genus dicendi verbis volucere atque incitatum.

¶ *Repentinus.* pro Quin. 14 b, O' nuncium volucrum.

¶ *Pretrans.* pro Planc. 271 a, Nihil tam volucere, quam maledictum.

VOLVEMEN, nis. *liber*. Att. 245 a, Euolui volumen epistolarum tuarum. Ep. 263 a, Refere epistolas in volumina & 292 a, Non enim te epistolis, sed voluminibus lacefferem. & 35 a, Legati mihi volumen à te plenum iniquissimæ querelæ reddiderunt. Tusc. 191 b, Quoniam duobus superioribus de morte & de dolore dictum est, tertius dies disputationis hoc tertium volumen efficit. ad Heren. 6 a, Quoniam satis huius voluminis magnitudo creuit, in altero libro exponemus, &c. de Diu. 132 a, Chryssippus totum volumen impleuit oraculis falsis, &c. Epist. 135 b, Cæsar volumina iam confecit *ἀπὸ φθὸν μὲν*. de Or. 101 a, Omnia hæc non ita multis literis aut voluminibus magnis continentur. pro Sex. Roef. 35 a, Veniat modò, explicet suum volumen illud, quod ei Erucius conscripsit. de Nat. 10 b, Cuius rationis vim & utilitatem ex illo cœlesti Epicuri de regula & iudicio volumine accepimus. * 1. Acad. Quid Antipater digladietur cum Carneade tot voluminibus? Attic. 176 b, Volumen sibi ostendisse orationis. & 255 b, Habeo volumen proceriorum, ex eo eligere soleo cum aliquo *ἀντισημῶς*. Quint. frat. 301 a, Ex eo esse volumina selectarum epistolarum, quæ reprehendi solerent.

VOLUNTARIUS, a, um. *verus*, ad arbitrium, ad libidinem, quod inquinatis loquentes, Spontaneum dicunt. Est autem voluntarius id, quod in sua quisque potestate positum sciens agit, nec id ignorat, in quo versetur oratio, nec quo quasi instrumento rem agat, nec sine ipsius. Huius contrarium est iniurium, factum, simulatum. pro Q. R. 47 a, Illa fuit oratio necessaria, hæc erit voluntaria. Ep. 15 a, Voluntaria quadam obliuione. de Cl. 173 b, Carbo morte voluntaria se à iudicio seueritate vindicauit. I. A. 252 b, Est etiam Asinius quidam senator voluntarius, lectus ipse à se. pro Mar. 133 a, Ut nulla non modò cupiditate, sed ne spe quidem, prudens & sciens tanquam ad interitum ruerem voluntarium. Offic. 6 b, Nam hoc ipsum ita iustum est, quod rectè fit, si est voluntarium. de Fat. 145 a, Esse quendam motum animi voluntarium. I. A. 209 a, Fuit aliquis fatalis casus, ut ita dicam, &c. nunc si quis, &c. erit voluntarius. I. V. 233 a, Nemo erat voluntarius laudator præturæ tuæ ad Brut. 91 a, Multi ad te eunt voluntarij. Antequam. 104 b, Si tamen sunt voluntarij inimici, qui, &c. de Nat. 34 b, Restat igitur, ut motus astrorum sit voluntarius. de Fin. 133 a, Virtutes animi non voluntariæ. (voluntariæ. de Fin. 78 b, Casus voluntarius, & de In. 91 a, Voluntarium facinus. * de Clar. 166 a, Voluntarius procurator. pro Sest. 3 a, Eos, &c. voluntarios fortissimis atq; optimis ciuibus periculum moliri.

† Syntaxis. *Voluntarius inimicus, consul, id est, per se factus, Voluntaria animi virtus, astrorum motus, casus, facinus.*

VOLUNTAS, tis. *mens, animus, sensus, arbitrium*. pro Mur. 132 b, Nihil obsecruius voluntate hominum. cont. Rul. 87 b, Ut eam voluntatem, quam semper habuisti erga me, retinearis. Ep. 87 b, Ut ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cecinam habiturus esses, tantus cumulus accedat commendatione mea. I. C. 115 b, Dis immortalibus ducibus hanc mentem voluntatemq; suscipi. I. C. 121 b, Omnia præiua parata, & constituta sunt, &c. Tum etiam maiore populi Rom. ad communes fortunas conseruandas voluntate. pro Sest. 18 b, Eos voluntatem semper eandem, libertatem eandem non semper habuisse.

¶ *Studium, amor*. Ep. 220 b, Voluntas, quam erga illū habes. pro Milon. 109 b, Nihil tam flexibile, quam voluntas erga nos, sensusq; ciuibus. pro Rab. 92 a, Cum tanto studio C. Rabirius torius Apulias, singulari voluntate Campaniæ vicinatis ornetur. Ep. 59 b, Tribuere alicui voluntatem mutuam. & 25 a, Esse bona voluntate erga aliquem. & 60 a, Mutuum in amicitia est, cum par voluntas accipitur & redditur. de In. 74 b, Voluntas & studium. Att. 41 a, Voluntas tua mihi valde grata est. I. V. 233 b, Is eandem voluntatem suscepit erga illos, quā ego semper habuissim. Anteq. 192 b, Illic enim animi voluntas propensa comprobatur. pro Mur. 126 b, Magna est comitijs cōsularibus repentina voluntatū inclinatio, præsertim cum incubuit ad virum bonum. Attic. 194 b, De voluntate tua vt simul simus vel studio potius & cupiditate, non dubito. pro Planc. 176 a, Voluntas grata in parentes. cont. Rul. 66 b, Vocè viam præ vobis indicem vestrarum erga me voluntatū & studiū tulistis. p. Flac. 147 b, In tam varia iurisdictione tam multa decreta, tot hominū gratiosorū læsæ voluntates. ibid. Si quis vquam de nostris hominibus à genere isto, studio ac voluntate non abhorrens fuit. I. A. 248 b, Quorū habetis cognitam voluntatem in Remp. eamq; perpetuam atq; constantem. Ep. 59 b, Ne qua mihi pars abs te volūtatis mutue tribueretur. & 76 b, Credo me quidem tibi pro animi mei voluntate, &c. quā humanissimè potuerim, rescripsisse. Ep. 220 b, Vehemēter opus est nobis & voluntatem, & auctoritatem, & imperium tuum accedere.

¶ *Optatum*. de Orat. 148 a, Aliqui impetu quodam mentis & voluntate similes. de In. 62 b, Hoc mihi voluntatis accidit, vt scriberem, &c. de Orat. 136 b, Habe voluntatem nocendi in iracundia.

¶ *Consilium, propositum, sententia, mens*. Att. 136 b, Qui se contra huius voluntatem aiebat posse. Att. 178 b, In eadē sum voluntate. ad Br. 10 a, Voluntas mea de summa reip. semper eadem fuit. de Or. 121 b, Abijcere voluntatē faciendī aliquid. pro Fla. 148 a, Cum Græcus testis proecessit ea voluntate, vt læderet. pro Font. 282 a, Quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum. pro Pomp. 13 a, Pompeij voluntatibus omnes ciues assenserunt. cont. Rul. 65 b, Erras, si senatum hæc probare putas, populum autem esse in alia voluntate. * pro C. Cornel. 1, Neq; passus est, plus vnus collegæ sui, quā vniversæ ciuitatis vocem valere & voluntatem. Epistol. 74 b, Me antelatum fuisse voluntatem tuam commodo meo, &c. 246 b, Huic meæ voluntati, in qua inest aliqua vis desiderij ad sanandum vulnus iniuriæ, vt fauceas alio torq; sis, te rogo.

¶ *Arbitrium*. pro Qu. 17 b, Ad voluntatem loqui id est, assensari. Q. de Pet. 211 a, Commutare & frontem & vultum & sermonem ad sensum & voluntatem alterius.

¶ *Iudicium*. I. P. 89 b, Hoc accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate.

¶ *Vere voluntas, arbitrium*. Att. 142 b, Et quoniam modo possem voluntate eius nullam reip. partem attingere? contra Rul. 77 a, Ex sua voluntate facere. id est, arbitrari. pro. de Orat. 106 a, Defendere testamenta ac voluntates mortuorum. pro Pomp. 17 b, Si vestra voluntas feret. Att. 55 a, Vix tamen ei de mea voluntate concessum est. * Hortens. Eius omne institutū voluntatemq; omnem successio prospera consecuta est. de Fin. 78 a, Cum sua voluntate, nulla vi coactus, propter fidem, quā dederat hosti, ex patria Carthaginem reuertisset.

VOLVENDVS, a, um. de Cl. 193 a, Voluendi sunt libri Catonis.

* **VOLVENS**, tis. de Clar. 187 a, M. Pontidius multas priuatas causas actitavit, celeriter sanè verba voluens.

VOLVO, uis. *verto, verso, torqueo, in orbem torqueo*. de Cl. 190 b, Facile soluteq; verbis voluere sententias.

VOLVOR, ris. *versor*. de Fat. 149 a, Turbinem versari, & cylindrum volui putes. de Som. 128 b, Illi qui voluntur stellarum cursus sempiterni. de Or. 159 a, Longissima est complexio verborum, quæ volui vno spiritu potest. Orat. 210 b, Quo melius cadat aut voluatur oratio. de Cl. 187 a, Celeriter verba voluens.

VOLVPTARIUS, a, um. *effeminatus*. de Finib. 56 b, Disciplina voluptaria, delicata, mollis. (grauis, continens, seuera.

¶ *De voluptate suauis*. de Or. 148 b, Voluptariæ disputationes Aristippum delectant.

¶ *Voluptati deditus*. I. P. 94 b, Sic suos sensus voluptarios omnes incitavit. I. P. 88 b, Isti tui voluptarij.

¶ *Amanus*. Att. 104 a, Voluptariæ possessiones.

¶ *Inciundus*. de Finib. 97 a, Quamque Stoici communi nomine corporis & animi *ἡδονῶν* appellant, ego malo Lætitiana appellare, quasi gestientis animi elationem voluptariam.

¶ *Voluptati studens*. Tusc. 245 b, Ordiamur ab eo, quē mollem, quem voluptarium dicimus. & 178 b, Epicurus homo voluptarius.

VOLVPTAS, tis. *incunditas, fructus incunditatis, lætitia*. de Fin. 65 b, Omnes enim iucundū motum, quo sensus hiant, Græcè *ἡδονῶν*, Latine voluptatem vocant. & ibid. a, Voluptatem hanc sentiunt esse omnes, quam sensus accipientis incunditate quadam perfunditur. & 56 b, Voluptas est, quæ suauitate aliqua naturam ipsam mouet, & cū incunditate quadam percipitur sensibus. & 66 b, & 67 a, In eo autem voluptas omnium Latine loquentium more ponitur, cum percipitur ea, quæ sensum aliquem moueat, incunditas. & 80 b, Voluptas est iucundus motus in sensu de Fin. 66 b, Verbo voluptatis omnes qui ubiq; sunt, qui Latine sciunt, duas res subiiciunt: læticiam in animo, commotionem suauem incunditatis in corpore. & 56 b, Omne id quo gaudemus, voluptas est: vt omnē quo offendimur, dolor. Par. 227 b, Voluptas boni naturam fallaciter imitando adulterat. de Sen. 85 a, In voluptatis regno virtus nō potest cōsistere. de Leg. 162 a, Voluptate capimur omnes, quæ est illecebra turpitudinis, tamen habet quiddā naturalis boni. Lenitate enim & suauitate delectat. & 165 b, Quæ penitus in omni sensu implicata in se det imitatrix boni voluptas, malorū aut mater omnium. de Orat. 152 a, Omnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium finitum est. Off. 76 a, Omnis voluptas honestati est contraria. Tusc. 232 a, Xerxes præmiū proposuit, qui inuenisset nouā voluptatem. & 33 a, Nec me angoribus dedi, nec rursus indignis homine docto voluptatibus, pro Mur.

142 a, Tu gubernacula recip. petas fouendis hominum sensibus, & delinendis animis, & adhibendis voluptatibus. Ep. 63 b, Ex literis tuis cepi ineredibilem voluptatē. & 31 b, Capere magnā & perpetuam voluptatē ex aliqua re. pro Pl. 259 a, Capiebā animo non mediocriter voluptatē, quod & Cicero pro Cl. 177 b, Itaq; cepi voluptatem, tam ornatum virū fuisse in nostra rep. de Orat. 101 a, Percipietis enim ex cognitione iuris illā lætitiā & voluptatē, quod d, &c. de Fin. 66 a, Est ne queso sitienti in bibēdo voluptas? de Cl. 181 a, Dulci oratione, & quasi voluptate quadā perfundi. Postq. 198 a, Incredibili, qua nunc fruor, lætitiæ voluptate caruisse. de Fin. 53 b, Percipere voluptatem corporis ex aliqua re. Ac. 6 b, Dolere. (in voluptate esse. de Fin. 36 b, Esse in magno dolore, vel voluptate Ep. 22 b, Ego voluptatem habui nimiam. de Fin. 54 a, Recta & honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiā, id est voluptatē. Att. 39 b, Ea res mihi summa voluptati fuit. Off. 21 b, Sed si quis est paulo erectior, quamuis voluptate capiatur, occultat & dissimulat appetitum voluptatus propter verecundiam: ex quo intelligitur, corporis voluptatem nō satis esse dignā hominis præstantia. Offic. 40 b, Voluptates blandissimæ dominae, sæpe maiores partes animi à virtute detorquent. 3 de Or. 163 b, Aliud vocis genus sibi sumi voluptas, effusum, lenē, tenerū, hilaratū ac remissum. Tusc. q. lib. 4, Voluptas amatoria. lib. 2. de Fin. Voluptas duplex Non enim hanc solā sequimur, quæ suauitate aliqua naturā ipsam mouet, & cū iucunditate quadā percipitur sensibus: sed maximam illā voluptatem habemus, quæ percipitur omni dolore detractō, ib. d. Voluptas per se expectēda Epicuro. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Voluptas, bonorum finis, secundū Cyrenicos & Epicurum. Tusc. q. lib. 3, Voluptas gestiens, est præter modū elata lætitiā, opinione præsentis magni alcius boni Acad. q. ed. 1. lib. 2, Humanissima voluptas. Cat. 38, Voluptas rationi inimica, impedit consilium, ac mentis perstringit oculos, nec habet vllum cū virtute commercium de Fin. lib. 4, Voluptas insatiabilis è cognoscendis rebus & lib. 1, Voluptas liquida & libera. Parad. Voluptas quō maior est, eō magis mentē è sua sede & statu dimouet. & li. 1, Deloris omnis priuatio, estē nominata est voluptas. ibid. Libero tempore, cū soluta est nobis eligēdi optio, quumq; nihil impedit, quō minus id quod maxime placet, facere possimus. omnis voluptas assumēda est, omnis dolor depellēdus. 1. de Leg. Voluptas vt decoris labe opprimēda. 2. de Fin. 8, Voluptas varia dici solet, cū percipitur ex multis dissimilibus rebus dissimiliter efficientib. voluptates. ibid. Voluptas procreandi. 15 Fam. Voluptatis illecebris delinens, virtuti nunciū remissit. de Fin. lib. 2, Voluptatis nomen inuidiosum, & infamię subiectum. & lib. 1, In omni re doloris amotio successione efficit voluptatis. Tusc. q. lib. 4, Voluptati subiecta sunt, malevolentia lætans malo alieno, delectatio, iactatio, & similia. 1 de Finib. Nemo ipsam voluptatē, quia voluptas sit, aspernatur, aut odit, aut fugit: sed quia consequuntur magni dolores eos, qui ratione voluptatē sequi nesciunt. Off. 1, Ad voluptatē omni impetu ferri. 1 de Fin. Aristippi est, ad voluptatem & dolorem quæ fugiamus, quæq; sequamur referri omnia. Læl. Ad voluptatē loqui, quod Græci *ὡς χάριεν λαλῶν*. li. 1. de Fin. Quod ipsa natura, vt ait Epicurus, adsciscat & reprobet, id est, voluptatē & dolorem. de Sen. 86 a, Diuine enim Platonescam malorū voluptatē appellat, quod ea videlicet homines capiunt, vt hamo pisces lib. 1. de Fin. Omne animal, simul atq; natū sit, voluptatē appetere, eaq; gaudere vt summo bono. Ac. q. ed. 1. lib. 2, Voluptatē & honestatē finis esse Callipho censuit. Off. 101, Voluptatē seuerissimē contemnerē. Tusc. q. lib. 5, Voluptatem eū honestate Dinomachus & Callipho copulauit. & lib. 3, Voluptatē dolore detractō, nō crescere, ait Epicurus de Fin. lib. 2, Voluptatem definiunt Stoici sublationē animi sine ratione opinatē se magno bono frui. de Sen. 85 a, Nullam capituliorē pestem, quā voluptatē corporis hominibus dicebat à natura datā, cuius voluptatis auidæ libidines temerē & effrenatē ad potiendū incitarēt, li. 1. de Fin. Voluptatem cū summo bono diceret, & lib. 5, Voluptatē propter nos, non propter eam, nosmetipsos diligimus. & lib. 1, Voluptatem etiam & per se expectendam esse, & dolorem ipsum per se esse fugiendum. Tuicul. q. lib. 5, Voluptatem ipsam per se, quia voluptas sit, semper optandam expectendamq; putat Epicurus de Fin. lib. 2, Voluptatem vnam virtus minimi facit. Partit. Omnis enim expectatio eius qui audit, & admiratio & improuisi exitus, habent aliquam in audiendo voluptatem. 1. de Fin. Non placuit Epicuro, medium esse quiddam inter dolorem & voluptatē. ibid. Percipere voluptatem corporis ex aliqua re. ibid. Vt labore & dolore magnam aliquam quærat voluptatem. Par. 237 b, Voluptatem immanissimam quisq; acerrimē sequitur. Tusc. q. lib. 5, Tum intelliges, qui voluptatem maximē sequan-

tur, eos minimē consequi Acad. q. ed. 1. lib. 2, Qui voluptatem cum honestate cōiunctam summum bonum statuunt, in inuidiosum nomen voluptatis fugiunt, sed in vicinitate versantur. Tusc. q. lib. 3, Summam voluptatem, inquit Epicurus, non dolere. 1. de Fin. Omni priuatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem, vt postea variari voluptas distinguiq; possit, augeri amplificariq; non possit. 1. de Nat. Nullā animi voluptatem vidistis, nisi profectam à corpore, & redeuntem ad corpus. de Vni. Voluptate & molestia mixtus amor. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Voluptate compleri. de Fin. lib. 2, Voluptate dominante, maximas virtutes iacere necesse est. Offic. 1, Voluptate nimia gestire. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Voluptate, quasi mercede aliqua, ad officium impelli. 1 de Fin. His rebus infructus, semper est in voluptate. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Dolere, & in voluptate esse, contraria. de Finib. 55 b, Quis autem vel eum iure reprehenderit, qui in ea voluptate velit esse, quā nihil molestiæ consequatur, vel illum, qui dolorem fugiat, quō voluptas nulla pariatū sibi. Quisquis sentit quēdam modum sit affectus, eum necesse est aut in voluptate esse, aut in dolore. 7. Fam. Voluptate sua omnia metiuntur Epicurei. 1. de Finib. Voluptates & dolores animi nascuntur è corporis voluptatibus & doloribus. Læl. Voluptates beluarum sunt. de Nat. deor. 1, Delicata voluptates Epicureorum. Tusc. q. lib. 5, Voluptates languidæ. de Fin. lib. 1, Voluptates libidinosæ & 2. & Tusc. lib. 5, Voluptates obscenæ. Tusc. q. lib. 3, Voluptates quæ auditu, & cantibus percipiuntur. ibid. Voluptates quæ ex formis percipiuntur oculis. 1. de Fin. Temporibus quibusdam, aut officijs debitis, aut rerum necessitatibus sæpe euenit, vt & voluptates repudiandæ sint, & molestiæ non recusandæ. Acad. q. ed. lib. 1, Voluptates sensum mouentes. 1. de Fin. Eos & accusamus, & iusto odio dignissimos ducimus, qui blanditijs præsentium voluptatum delinunt atq; corrupti, quos dolores, quas molestias excepturi sint, occæcati cupiditate non præuident: similiq; sunt in culpa, qui officia deserunt, mollitia animi, id est laborum & dolorum fuga. Tusc. q. lib. 5, Omninoq; hoc genus voluptatū (obscenarum) optabile esse si non obstit, prodesse nunquam (tradunt Epicurei.) & li. 3, Voluptatum præteritarum memoria, & spe consequentium, sapientis vitam referant putat Epicurus. ibid. Detrahens eas voluptates, quæ sapore percipiuntur. & lib. 5, Voluptates obscenæ, faciles, communes, in medio sitas esse dicunt Epicurei. ibid. Voluptates obscenæ si natura requirat, non generat, aut loco, aut ordine: sed forma, ætate, figura metiendas putant Epicurei. 1. de Fin. Vt non modò nullā capiet, sed etiam prætereat omnes voluptates. Tusc. q. lib. 5, A voluptatibus obscenis abstinere, minimē esse difficile asserunt Epicurei, si aut valetudo, aut officium, aut fama postulet. 4 ad Att. A voluptatibus deseri. de Nat. deor. 1, Voluptas, quasi titillatio (Epicuri enim hoc verbum est) sensibus adhibetur. Tuicul. q. lib. 4, Vt turpes sunt qui efferunt se lætitiā, tum cū veneris voluptatibus fruuntur: sic flagitiosi, qui eas inflāmato animo concupiscunt. 1. de Fin. & de Nat. deor. 1, Qui ita frui voluptatibus volunt, vt nulli propter eas dolores consequantur, & qui suum iudicium retinent, ne voluptate victi faciant: id quod sentiunt non esse faciendū. hi voluptatem maximam adipiscuntur, prætermittenda voluptate. 1. de Fin. Priuauisse se etiam videtur multis voluptatibus. ibid. A sapiente tenetur delectari, vt aut reiiciendis voluptatibus maiores alias consequatur, aut perferendis doloribus asperiores repellat. * Oecon. 1, Lætissima voluptate permulcentur. Hortentur Voluptates nulla ad res necessarias inuitamenta afferunt sensibus. ibid. An verò voluptates corporis expectendæ, quæ verè & grauitè à Platone dictæ sunt illecebræ atq; eicæ malorum? Quæ enim confectio est valetudinis, quæ deformatio coloris & corporis, quod turpe damnum, quod dedecus, quod non euocetur atq; eliciatur voluptatē. ibid. Voluptatis motus. ibid. Congruere cum cogitatione magna voluptas corporis non potest. Quis enim cum vtatur voluptate eā, quæ nulla possit maior esse. ibid. Vt mouentur sensus in summis voluptatibus. Quis autem bona mente præditus non mallet nullas omnino nobis à natura voluptates datas? Academ. Suum potius peritissimum voluptatum aucupem, sapientem esse contendit. ibidem. Voluptatem illam Epicuri solis inter se pecoribus esse communem. Postquam 198 a, Non tanta voluptate erant suscepti liberi, quanta nunc sunt restituti. & b, Reliquæ meæ fortunæ recuperatæ plus mihi nunc voluptatis afferunt, quàm tunc incolumi toræ afferebant. Amicitia, consuetudines, vicinitates, clientelæ, ludi denique & dies festi quid habent voluptatis. ibid. Ipsa autem patria, Dij immortales, dici vix potest quid charitatis, quid voluptatis habet? pro Marc. 135 a, Omnis voluptas præterita pro nihilo est: quis potest nū-

stea nulla futura sit. de Fin. 71 a, Summum bonum & malum vivens puer vtra voluptate dijudicabit, stante an mouente? & 78 a, Vt uulla tam exquisita posset ingeniri voluptas, qua non abundaret. Erat & cupidus voluptatū. Tusc. 199 b, Detrahens eas voluptates, quæ sapore percipiuntur, detrahens eas etiam, quæ auditu & cantibus: detrahens eas etiam, quæ ex formis percipiuntur oculis suas motiones: siue quæ aliæ voluptates in toto homine gignuntur quolibet è sensu. Tusc. 216 b, Qui voluptatē animi nimiam summū errorem esse arbitrat. Off. 54 b, Qui res expectandas vel voluptate vel indolentia metiuntur, de Repub. Volubundus in voluptatibus. Parad. 118 a, An quisquam in potiundis voluptatibus gloria sese & prædicatione effert? *al. extollit?*

† Syntaxis. *Voluptatem percipere: capere, animo capere, habere, esse in voluptate. Voluptate capi. Voluptas domina, amatoria, gestiens, humana, liquida. Voluptatem sequi. Voluptate compleri, gestire. A voluptate deseri. Voluptate frui.*

VOLVTABVNDVS. de Rep. lib. 2, apud Nonium, Cupido autem & expetenti, & libidinoso, & volubundo in voluptatibus eius.

VOLVTATIO, onis. I.P. 97 a, b, Labes imperij tui stragesq; prouinciæ nos non vestigijs odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis & cubilibus persecuti fumus.

VOLVTATVS, a, um, *versatus.* Qu. fr. 3 14 b, Ad Platonem & Aristotelem redeo, in quibus te video volutatū, de Or. 146 a, & Att. 74 b, In veteribus scriptis studiosè & multum volutatus.

VOLVTO, as, *renouo, traſto.* de Or. 97 b, Peruolutare libros.

VOLVTOR, is, *porcorum more conuoluo.* Ep. 127 b, Volutari in omni genere scelerum & flagitiorum. I.V. 212 a, Volutari in luto. in Sal. 272 a, b, Itaq; nihil aliud studet, nisi vltulentus sus, cum quouis volutari.

¶ *Accido.* ad Herenn. 31 b, Cum pueri tibi ad pedes volutarentur.

¶ *Erro, vagor.* de Som. 131 a, Eorum animi corporibus elapsi, circum terram volutantur.

¶ *Pædatus, coinguinatus.* de Arusp. 257 b, Quis vnquam tam liberè est cum scortis, quàm hic cum fororibus volutatus? & 253 b, Clodius in domesticis est germanitatis stupris volutatus. ad Heren. 28 a, Non in omni dedecore volutatus es?

¶ *Præcidens, accidens.* ad Her. 31 a, Frater volutatus est ad pedes inimicorum.

* **VOMENS,** tis, I.A. 172 b, Is vomens frustis esculentis vinū redolentibus gremium suum & totum tribunal impleuit. **VOMER,** is, *ferrum in extremo aratro.* I.A. 179 b, Vt aratrum circumduceres, cuius quidem vomere portam Capuz penè perfrinxisti.

VOMICA, cæ, *vicius.* de N. 74 a, Nec prodesse voluit Pheræo Iasoni, is qui gladio vomicam eius aperuit, quam medici non sanare potuerant.

VOMITIO, onis. de Nat. deor. 51 a, Vomitione canes aluos purgare.

VOMITVR, I.A. 2 Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.

VOMO, mis, *eijcio.* p. Deiot. 147 b, Cum te vomere post cœnam velle dixisses. de Finib. 78 b, Afoti, qui in mensam vomant. I.P. 84 a, Conuiuium, in quo nemo potest dicere, vtrum ille plus biberit, an vomuerit, an effuderit. I.A. 172 b, Cui rustare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus, totum tribunal impleuit. * Epistol. 184 a, Itaque omnibus est visus suo more vomere, non dicere.

VORAGO, nis, *gurges charybdis.* de Diu. 65 b, Summerfus equus voraginibus non extitit. I.P. 88 a, Vos geminæ voragine scopolij; reipub. vos meam famam de primitijs, pro Sest. 25 a, Gurges & vorago patrimonij. de Orat. 157 b, Charybdim bonorum voragine potius dixerim. in Sal. 274 b, Ea pars quòd tanquam in vnam voragine cœtus omnium vitiorum excesserat. I.A. 232 b, Habet secum L. fratrem, quem gurgitem? quam voragine? quid eum nō forbere, quid non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis? * I.V. 152 a, Qui immensa aliqua vorago est aut gurges vitiorum turpitudinumq; omnium.

VORAX, cis, *gurges, bellus, ganso.* I.A. 173 a, Quæ charybdis tam vorax, tot res tam citò absorbere potuisset?

VOROS, as, de Nat. deor. 50 a, Animalia alia sugunt, alia vorant, alia mandunt. Att. 60 b, Nos hic voramus literas cum Dionysio.

VOTIVVS, a, um, *quod voto sit, vel suscipitur.* in Verr. act. 2, Ludi votiu. Att. 55 a, Votiuua legatio. & 237 a.

VOTVM, ti, *voti sponsio, qua obligamur Deo.* Att. 201 b, Ego me maiore religione, quàm quisquā fuit, vilius voti obstrictū puto, pro Mil. 109 b, Vos & omnes boni vota faciebatis,

vt Miloni vti virtute sua liberet. pro Cl. 58 b, Nō sturna illius sacrificia, sceleratasq; preces, & nefaria vota cognoscimus. I.C. 108 a, Facere vota contra rem, vel contra aliquem. de Ar. 250 a, Nostri imperatores maximis & periculosissimis bellis huic deæ vota fecerunt, eaq; in ipso perfinitate, ad illā ipsam principem aram perfoluerūt. I.V. 228 b, Verres, qui Veneri ac Cupidini vota deberet, is Mineræ templum spoliare conatus est. Attic. 190 b, Sed iam quasi voto quodam & promisso me teneri puto. de Natur. 70 a, Iidem etiam vota suscipi dicitur oportere, nempe singuli vount. & 78 a, Nōne animaduertis ex tot tabellis pictis, quàm multi votis vim tempestatis effugerunt. & a, Deus nihil sentiens, nunquam nobis occurrit, neq; in precibus, neq; in optatis, neq; in votis. pro Planc. 280 a, Eorū preces & vota de meo reditu audiui. I.V. 242 b, Nuncupare vota pro imperio, &c. Epistol. 85 b, Nemo est, quin vota victoriæ suæ fecerit. & 96 b, Quotidie vota facimus, ne intercaletur. Tusc. 228 b, Vereor ne non tam virtutis fiducia nitendū nobis ad spem beatè viuendi, quàm vota faciendi videantur. Att. 134 a, De aliquo ægroto vota facere. de Leg. 178 a, Voti sponsio, qua obligamur Deo. Attic. 243 a, Vota dijs soluere, de Leg. 174 a, Sanctè vota reddunt. I.V. 265 a, Fortunis hominū abutebatur ad nō sturna vota cupiditatū: id est, quæ sumi pro cupiditatibus. I.A. 195 b, Antonius ea vota, quæ nunquam solueret, nuncupavit. & 211 a, Is æquum putauit, vitam, quam populi Romani votis retinisset, pro libertate populi Rom. in discrimen adducere. & 227 b, Quorū votis iudicauit se à morte reuocatur. pro Mil. 116 a, Vota enim feceratis, vt in eos se potius mitteret, quàm in vestras possessiones.

VOTVS, a, um, de Nat. 68 a, Tempia Nympharum publicè vota & dedicata.

VVEO, ues, *vota suscipio, vota facio, vota nuncupo.* de Diuin. 87 a, Qui cum sues pasceret, vna ex his amissa vouisse dicitur, si recuperasset, vnam se deo daturum. de Clar. 171 a, Ludi quos Salinator Senensī prælio vouerat, in Verr. 228 b, Marcellus duo templa dedicatum se Romæ vouerat. Attic. 25 b, Quid optamus à dijs immortalibus? quid vouemus? de Nat. deor. 77 b, Neq; Herculi quisquam decumam vouit vnquam, si sapiens factus esset. de Finib. 140 a, Nostri imperatores pro salute patriæ sua capita vouerunt. de In. 74 a, Nautæ vouerunt, se Dianæ vitulum imolaturos.

† Syntaxis. *Facere vota, vt, contra aliquem. Debere vota. Voto & promisso teneri. Vota suscipere. Votis effugere tempestatem. Neque optata nec vota. De se, de filio vota facere. Voti sponsione Deo obligari. Nuncupare vota nunquam soluenda. Vouere se, decumam, suis caput. Votum ac dedicatum templum. Vota soluere, reddere.*

VOX, vocis, *sonus, verbum.* de Orat. 202 a, Mira est quædam natura vocis, cuius quidem è tribus omnino sonis, inflexo, acuto & graui, tanta sit & tam suavis varietas, perfecta in cantibus. & ibidem, Contenta voce acriter dicere, & summissa leniter, & inclinata grauius, & inflexa miserabiliter. & ibidem, Vox dulcis & clara. de Nat. deor. 55 b, Vocis genera permulta, canorū, fufum, lene, asperum, graue, acutum, flexibile, durum. de Orat. 163 a, Voces vt chordæ sunt intentæ, quæ ad quenq; factum respondeant, acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua, medio cris, leuis, aspera, contracta, diffusa, continenti spiritu, intermissio, fracta, scissa, flexo sono, attenuata, inflata. Orat. 199 a, Inclinata atq; vlulanti voce more Asiatico canere. de Clar. 192 a, Subsellia grandiorē & pleniorē vocem desiderant. de Or. 96 a, Neminem voce pleniorē, aut suauiorē mihi videræ audisse. & 126 a, Vox ad miserabilem sonum inflexa. & 146 b, Sunt certa vitia, quæ nemo est quin effugere cupiat, mollis vox, vt muliebris, aut quasi extra modum absona, atq; absurda. de Clar. 177 a, Vox permanens, verum subrauca natura de Orat. 107 a, Græci quotidie antequam pronuncient, vocē sensim cubitantes excitant, eandemq; cum egerunt, sedentes ab acutissimo sono vsq; ad grauissimum sonum recipiunt, & quasi quodammodo colligunt, & ibid. Vox quæ vnā maximè eloquentiam vel commendat, vel sustinet. de Orat. 164 b, Cuius vocis, per omnes sonos Or. 202 a, Vocis flexiones. de Or. 94 b, Quidam lingua hæsitantes, aut ita voce absoni. ibid. Linguae solutio, vocis sonus. Offic. 27 a, Sed cum orationis indicē vocem habeamus, in voce autem duo sequamur, vt clara sit, vt suavis, vtrumque omnino à natura petendum est: verum alterum exercitatio augebit, alterū imitatio pressè loquentium, & leniter. & ibidem: Sine contentione vox, nec languēs, nec canora. Orat. 210 b, Verbaque sint quàm suauissimis vocibus. de Diuinat. 110 a, Surdus varietates vocum aut modos noscere non potest. Academ. 42 b, In lingua etiam explanatur vorum impressio. de Finib. 65 a, Non intelligere quid sonet hæc vox voluptatis. id est, cuius res ei subijciatur. Orat. 212 b, Rerum verborumq; iudicium

prudentiæ est, vocum & numerorum aures sunt iudices. pro Planc. 266 a, Quæ enim vnquam fuit Plancio vox cõtumeliæ potius quam doloris. de Senect. 80 a, Cùm legem Vocatiam magna voce & bonis lateribus fuasiffem. de Orat. 89 a, Qui omnes vna voce repellant, &c. Quint. frat. 298 a, b, Theatrum ita resonans, vt vsq; Romam voces referantur. pro Sest. 12 a, Vocem pro me ac pro republ. nemo misit. pro Cæl. 49 a, An aliquam vocem putatis ipsam causam pro se & veritatem posse mittere? pro Clu. 36 a, Hodie primum veritas vocem contra inuidiam misit. pro Flacc. 147 a, Vox de quæstura nulla missa est. pro Flac. 147 b, Quæ est vnquam iacta non suspicio, quæ, &c. sed iracundiæ vox, atq; doloris? p. Mur. 136 a, Voces quas habuit, &c. Orat. 202 a, Actio est quasi corporis quædam eloquentia, cùm constet de voce atq; motu. & ibid. Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maximè voce commouentur. * pro C. Cornel. 1, Neque passus est, plus vnius collegæ sui, quàm vnuerfæ ciuitatis vocem valere & voluntatem. ibidem. Extremi ac difficillimi temporis vocem illam consulem mittere coëgisti. in Clod. Qui leuare vultum, mollire vocem potes. Frag. ep. Quorum erupit illa vox, de qua ex te primum quiddam inaudieram. Lim.

*Tu quoq; qui solus lecto sermone Terenti,
Conuersum expressumq; Latina voce Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers.*

VUTILITAS, *tis. emolumentum, fructus, quæ est, lucrum, opportunitas, commodum, commoditas, usus, res, ratio.* de Nat. 37 a, b, Natura à Zenone dicitur consultrix & prouida vtilitatū opportunitatumq; omnium. Attic. 104 a, Tyro mirabilis vtilitatis fructum mihi præbet. de Orat. 94 b, Artes in quibus nō vtilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio, pro Mur. 129 a, Ars militaris per gratam vtilitatem habet de Orat. 127 b, Refertur omnia ad vtilitatem suam, & omnia facere causa sua. Offic. 69 b, Malè etiam Curio, cum causam Transpadanorum æquam esse dicebat: semper autem addebat, Vincat vtilitas. Quin frat. 294 b, Alicuius commodis vtilitatisque seruire. Offic. 16 a, In quo non minore vtilitatem afferunt, qui togati reipub. præfunt, quàm qui bella gerunt. Item: Piodesse, vtilitatem afferre, idem. Offic. 60 b, Nec tamen nostræ nobis vtilitates omittendæ, alijsque tradendæ, cum his ipsi egeamus: sed suæ cuique vtilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruiendum est. de Vniu. Vtilitas oculorum, deorum munere hominibus donata. Part. Vtilitas in deliberando finis. 3 ad Heren. Topic. 1, de Orat. Vtilitas, deliberationum finis. Partit. Vtilitas sæpe cum honestate certat. 3 ad Heren. Vtilitas in duas partes in civili consultatione diuiditur, tutam & honestam. 2 de Inuent. Vtilitas cum honestate in deliberatiua causa finis est. 3 Offic. Nihil tam est secundum naturā, quàm vtilitas. ibid. Vtilitas & turpitudine in eadem re inesse non possunt. 2 de Inuent. Vtilitas autem aut in corpore posita est, aut in extraneis rebus. I de Nat. Ne hoc quidem vos mouet, considerantes quæ sit vtilitas, quæque opportunitas in homine membrorum, vt iudicetis membris humanis deos non egere. 1 de Fin. Vt etiam si nulla sit vtilitas ex amicitia tamen ipsi amici propter se ipsos amentur. 2 de Inuent. Vtilitatis duæ partes videntur esse, incolumitas & potentia. Off. 3, Vtilitatis eadem, quæ honestatis est regula. 2 de Orat. Certatur vtrum honestati potius, an vtilitati consulendum sit. 1 de Orat. Esse vtilitati amicitia, & reipublicæ. 2 de Orat. Qui vtilitatem defendit, enumerabit commoda pacis, opum, potentia, &c. Vtilitatem ex laude nasci defendet, semperq; eam cum dignitate coniunctam. pro Mur. Omnes enim artes quæ nobis populi Rom. studia conciliant, & admirabilem dignitatem, & per gratam vtilitatem debent habere. 1 Offic. Vtilitate hominum nihil debet homini esse antiquius. 7 Fam. Vtilitate affici. pro Sest. Et, vt arbitror, nec ab vtilitate eorum qui audiunt, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa Publij Sestij abhorrebit oratio mea, de Diu. lib. 1, Cum omni vtilitate, quam dii hominibus dederunt, ars aliqua coniuncta est, per quam illa vtilitas percipi possit. Partit. Quoniam in his versatur omne consilium duobus, de vtilitate antè dicamus, quæ in discernendis bonis malisq; versatur. 3 Offic. Nec tamen nostræ nobis vtilitates omittendæ, alijsq; tradendæ, cum his ipsi egeamus, sed suæ cuique vtilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruiendum est. pro Deiot. Teq; Alexandrinum bellum gerente vtilitatibus tuis paruit. id est, *commodus tuis inseruiuit.* ad Attic. lib. 7, Quem quidem ego, si mirabiles vtilitates mihi præbet, quum valet in omni genere vel negotiorum vel studiorum meorum, tamen, &c. ad Tironem. lib. 16, Vtilitatibus tuis possum carere. 1 de Fin. De vtilitatibus & commodis suis cogitare.

† Syntaxis. *Membrorum vtilitas & opportunitas. Hoc non habet vtilitatem. Ad vtilitatem suam omnia referre, & omnia sua causa facere. (Synonymia in sententijs.) Seruire amici commodis & vtilitati. Proderit hoc, vtilitatem afferet. Vtilitates suas alteri tradere. Vtilitas in deliberando est finis. Vtilitas vel in corpore, vel in extraneis rebus. Consultrix & prouida natura vtilitatum, opportunitatumque. Alicuius vtilitatibus parere. Cogita de tuis vtilitatibus & commodis.*

VUTILITER, *commodè cum vtilitate.* (inutiliter. Off. 18 a, Itacundiam vtiliter à natura datam. & 36 a, & Acad. 34 b, Quæ fiunt vtiliter ad hominum vitam.

VINACHI, *populi.* I. P. 99 a.

VITINAM, *dijs faxint, velim, &c.* Att. 46 a, Atque vitinam ipse Varro incubat in causam. de Nat. deor. 75 a, Vitinam vt illa anus optat, ne in nemore, &c. At. 220 b, Quod vitinam, iterum autem vitinam, tuo tamen commodo.

† Syntaxis. *Me miserum, quod cupis fiat? Vitinam, iterum ansem vitinam, venias.*

VITIQUE, *omnino.* Attic. 57 a, Quo die venies, vtique cum tuis apud me sis. & 68 a, Quæ quidem ego vtique vel versura facta solui volo. & 71 a, Vtique explicatum sit illud, &c. Attic. 28 a, Minusculam villam vtique Quinto tradi-

turus sum. Antequam. 196 a, Vtique siue hinc abiero, siue hic ero oppressus, ea maneat opinio. &c. Attic. 72 b, Annus quidem vtique teneto. & 72 a, Id vnus literis datis, quæ ad me vtique peferantur, consequere. & 203 a, Expecto te à Peduco vtique de Diurnat. 133 a, Faba Pythagorici vtique abstinerunt. Attic. 200 b, Hoc quidem vtique perficies, &c. & 207 b, Illud vtique scire cupio. & 41 b, Vtique, &c. aliter, *Vitæque.* & 57 b, Ipse verò vtique fac venias. & 89 a, Vtique ad me tabellarios mittas. & 151 a, Quid censeas mihi faciendum, vtique scribito.

¶ Tandem. Att. 211 b, Ego vt constitui, adero, atque vitinam eadem die: sin (quid enim multa?) vtique postredie, & 220 b, Olij mittas laudationem, Olij vtique: nam illam legi, volo tamen degustare.

† Syntaxis. *Quo die redibis, vtique gaudebo. Vtique siue accedas, siue longius abeas, se amabo. Veniam cras: sin: postredie.*

VTOR, *ris. vsurpo, frequento, adhibeo.* Offic. 1 a, De rebus ipsis vtore tuo iudicio. de Nat. deor. 22 a, Vtatur suis bonis oportet, & fruatur, qui beatus futurus est. & 57 a, Quibus reb. fruimur atque vtimur. pro S. R. 40 a, Commoda quibus vtimur, lucemq; qua fruimur, spiritumq; quem ducimus, à Deo nobis dari atque impartiri videmus. pro Clu. 21 a, Statuit sibi nihil grauius faciendum, quàm vt illa, matre ne vteretur. Attic. 193 a, Ne Silius quidem quicquã vtitur, scilicet pecunia. Anteq. 195 a, Consularis homo non minimis facultatibus vsus. Attic. 119 b, Cum in ea vrbe summis honoribus imperijsq; vtatur. de Inu. 61 a, Homines honore vsi. pro S. R. 30 a, Ne bestijs quoque immajoribus vteremur. pro Deiot. 249 a, Bene armis, optimè equis vti. Att. 120 b, Vt iam placatis vtatur fluctibus. I. A. 226 a, Vfus est ipse incredibili patietia. I. A. 224 b, Oratio, qua recitatis literis vsus es. I. A. 177 a, Antonius Cæsari regnum detulit, Cæsar vti noluit. Attic. 100 a, Brundisium venimus, vsi tua facilitate nauigandi. Ep. 236 a, Cum aduersis ventis vsi essemus. cont. Rull. 88 a, Criminatione in me vsus est. Att. 354 a, Lucius multum vtitur Bruto. Epist. 209 b, Luceio Titione familiarissimè vtor. Epist. 4 b, Trebonio multos annos vtor valde familiariter. & 5 a, Vtor ad omnia Q. Selicio. de Cl. 190 b, Vti aliquare ad faciendum aliquid. Tus. 153 b, Autoribus quidem ad istam sententiam quam vis obtineri, vti optimis possumus. de Fin. 49 b, Vt propemodum iustioribus vtatur illis, qui, &c. ad Heren. 9 a, Deinde exemplorum à voluntate & contra scriptum iudicatorum enumeratione vtetur. & ibidem, Cum hæc erunt considerata, statim nostra legis expositione, recitatione, collaudatione vtetur. pro Cæl. 39 b, Exercitatione, ludoque campestri vti. * pro L. Varen. Vtrum velitis, casu illo itinere Varenum esse vsum, an huius persuasum & inductu. Hoi. Illis omnibus prædijs & amicis aptissimè ad salutem corporis vsus est. ibid. Cum vtatur voluptate. 3 de Nat. deor. Faber materia vtitur, quæ sit parata. pro Marc. 131 a, Quo silentio eram his temporibus vsus. & 136 a, Nisi te saluo & in ista sententia, qua cuncti antea, tum hodie vel maximè vsus es, manente. de Finib. 104 b, Vt bestijs homines vti ad vtilitatem suam possunt sine iniuria. de Nat. 8 a, Quid aër? quo Diogenes Apollonates vtitur Deo. Epist. 179 a, Brutii. In maximo meo dolore hoc solatio vtor.

† Syntaxis. *Vti commodis fluctibus, ventis, nauigationis felicitate, amicis, silentio. Vti ad omnia consilio amicorum.*

VTPOTE, *quippe.* Att. 39 a, Ea nos, vtpote qui nihil cōtemnere solemus, non pertimescebamus. & 71 b, Incommoda valetudo qua iam emerferam, vtpote cum sine febris laborassem. I. A. 200 a, L. quidem frater eius vtpote qui peregrè depugnauit, familiam ducit. & Ep. 164 b.

VTRINQUE, *ab vtraque parte.* Epist. 81 a, Vtrinque magna copia.

VTRIBIQUE, *in vtroq; duorum, vel in vtraq; parte.* Epist. 163, Non licet mihi nullius partis esse, quia vtribiq; magnos inimicos habeo. de N. 41 b, Eadem veritas vtribiq; est. id est, in dijs & hominibus.

VTROQUE, *adverb. vtrinque in locum.* Attic. lib. 5, Hinc Scyram, inde Delum: vtroque citius quàm vellemus, cursunt confecimus.

VTRVM, *an, num, nunquid, vtrum ne.* pro Qu. 17 a, de Orat. 199 a, Quæro à te, vtrum illa verba an portenta sint. I. V. 106 a, Vtrum existimatis minus operis esse, facere hoc, an illud? Att. 43 a, Hic vtrum tandem sum accusandus, quod doleo? an, &c. pro Cec. 290 b, Vtrum aliquid grauius in quempiam dici potest? an certius quid obijci potest? I. P. 84 a, Conuiuium, in quo nemo potest dicere, vtrum iste plus biberit, an vomuerit, an effuderit. I. C. 197 a, Quæsiui, an, &c. nec ne, &c. de Inu. 76 b, In quo vtrum copiane sit agri consideratur. Att. 9 a, Intellexi Pompeium moueri, vtrum Crassum inire eam gratiam, &c. an esse tantas

res nostras, &c. pro Flac. 151 a, Vtrum hic tandem putatis, &c. an, &c. ad Brut. 91 b, Nec aliud decernitur hoc bello, nisi vtrum simus, necne, &c. Orat. 217 a, Quæredum, vtrū, &c. I. V. 115 a, Nihil interest, vtrum ita scribas, si, &c. an si, &c. Tusc. 217 b, Nihil interest, vtrum, &c. an, &c. I. V. 187 a, Quid interest, vtrum hoc feceris, an frumētum non improbaris? Attic. 66 b, Mihi nihil videbatur esse, in quo tantulum interesset, vtrū per procuratores ageres, an per te ipsum. & 135 a, Vtrum hoc tu parum meministi? an ego non satis intellexi? Acad. 23 b, Vtrum ea vestra, an nostra culpa est? Epist. 160 a, Vtrum nescis quā altē ascenderis, an pro nihilo id putas? Epist. 8 a, Multum interest, vtrum laus minuatur, an salus deferatur, de Fin. 118 a, Vtrum igitur tibi literam videor, an totas paginas commouere? Acad. 23 b, Nihil ad eum, qui te captare vult, vtrum tacentem interret, an loquentem. Att. 9 a, Vtrum, &c. an, &c. id est, vel quod, vel quod. Vtrum, &c. an, &c. scilicet, &c. an, &c. L. SCILICET.

VTRUMVIS, pro Sext. Rosc. 32 a, Quod certum est non facere, dum vtrumvis licebit. I. A. 165 a, Quorum si vtrumvis persuasissimè nunquam in has miseris incidissimus,

VVA, uæ, de Diu. 87 a, Actius Nauius vnam mirabili magnitudine inuenit, de Sen. 88 a, Gemma à qua oriens vna sese ostendit, quæ & succo terræ, & calore Solis augecens, primò est peracerba gustui, deinde maturata dulcescit est, vva. * de Diuin. 87 a, Vuam se Deo daturum, quæ maxima esset in vinea. Oecon. 3, Vuæ à Sole mitescunt, de Sen. 88 a, Vestita vna pampinis nec modico tempore caret, & nimios Solis defendit ardores. Qua quid potest esse tum fructu lætius, tum aspectu pulchrius?

VULCANIAE, in sule propter Siciliam, de Nat. deor. 70 b, li. b3.

VULCANIUS, a, um, Tusc. 182 a, Tectus Vulcanij armis, id est, fortitudine.

VULCANVS, ni, Vulcani complures fuerunt, de Nat. deor. 70 b.

VULGARIUS, re, popularis, quotidianus, contritus peruagatus, communis, de populo, vnus de multis, de Finib. 90 b, In omni arte, cuius vsus communis vulgarisq; sit, de Orat. 04 a, Oratio ad vulgarem popularemq; sensum accomodata, & 136 b, De vulgari & communi prudentia disputo, & 120 b, Perspicua sunt hæc quidem, & in vulgari prudentia sita, pro Plan. 268 b, Vulgaris & peruagata declamatio, Orat. 216 a, Res peruagata & vulgaris pro Quint. 10 b, Hæc vulgaria & obsoleta sunt, de Inuent. 70 a, Hæc à vulgari intelligentia remotiora sunt, de Clar. 193 a, Minimè vulgare genus dicendi, Epist. 4 a, Vt intelligat meam commendationem non vulgarem fuisse, de Orat. 106 b, In communi vita, & vulgari hominum consuetudine non esse rudem, de Orat. 94 a, Si minus illa subtili definitione, at hæc vulgari opinione ars est, de Inuent. 76 b, Beneficium vulgari opinione ars est, & 76 b, Beneficium vulgare. (Beneficium singulare & varium, ad Heren. 41 b, Ne nuda inuentio vulgari sermone efferatur, Acad. 30 b, Non possumus Amantij & Rabinij similes esse, qui nulla arte adhibita de rebus ante oculos positus vulgari sermone disputant. * pro C. Cornel. I, Vulgare nomen est Philaretis.

† Syntaxis. *Vulgare atq; commune vulgaris & popularis sensus. Hæc perspicua sunt, in vulgari prudentia posita. Vulgare & peruagatum: & contra vulgare & obsoletum. Remotum à vulgari intelligentia. Communis vita, & vulgaris consuetudo.*

VULGARITER populariter, vsuata, plebeio sermone, patrio sermone, quotidianis verbis, Epist. 229 a, Vt intelligeres me non vulgariter, nec ambitiosè, sed vt pro homine mihi pernecessario scribere.

VVLGO, passim, populariter, de N. 68 a, Saturnum vulgò maximè ad occidentem colunt. * 3, de Nat. deor. Non sunt ista vulgò disputanda.

¶ *Aperiè, palam.* I. V. 214 a, Vulgò ostendere ac proferre aliquid, Att. 258 a, Eodem die vulgò loquebantur, Antonium, &c. I. V. 213 a, Homo pecuniosus, nec vulgò, Att. lib. 9, Vulgò vadunt.

¶ *Vbiq;.* pro S. R. 31 b, Eiusmodi tempus erat, inquit, vt homines vulgò impunè occiderentur.

¶ *Vniuersè.* Att. 232 b, Vulgò opinio hominum socium me ascribit tuis laudibus.

¶ *Per seipè.* de In. 51 b, Deinde natura eius euenire vulgò soleat, an insolenter & rarè.

¶ *Sine discrimine.* pro Muræn. 141 b, Ad prandium vocare, num crimen est minimè, sed vulgò, passim, quid est vulgò? vniuersos, Att. 1 a, Nam illi ita negant, vulgò mihi se debere dicunt.

VVLGO, as, per vulgo, diuulgo pro Flac. 160 a, Nōne hoc vestra voce vulgatum est? de Ar. 257 b, Quæ nauis vnquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quàm istius ætas fuit?

VVLGVVS, gi, turba, multiitudo, pro Mil. 106 b, Cùm Milo cum

vxore veheretur in rheda penulatus, vulgi magno impedimento, pro Pl. 260 b, Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, pro Mur. 132 b, Nihil est incertius vulgo, de Orat. 114 a, Hæc duntaxat in Græcis intelligo, quæ ipsi, qui scripserunt, voluerunt à vulgo intelligi, de D. 126 b, Fani pulchritudo & vetustas Prænestinarum etiam nunc sortium retinet nomen, atque id in vulgus: quis enim vir illustrior vtitur sortibus? pro S. R. 19 a, Hoc exire atque in vulgus emanare non poterit, Att. 37 a, Quod etiam in vulgus gratum esse sentimus, & 137 b, Itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus, de Vn. 195 b, Indicare aliquid in vulgus, Tusc. 188 b, Valere in vulgus, & 248 a, Commendatio in vulgus, Off. 40 a, Quamobrem vt vulgus, ita nos hoc loco loquimur, Epist. 229 a, Ego autem tribuo non nunquam in vulgus, sed plerunq; necessarijs, vt hoc tempore, de Cl. 196 b, Turba patronorum, & vulgus patronorum. * de Clar. 182 a, Vulgus eo est contentus, Vbi tamen quidam Cōtentum legunt, de Orat. 106 a, Vt in versu vulgus, si est peccatum, videt, ibid. Quōnam modo hæc vulgus imperitorum in audiendo notet.

† Syntaxis. *In vulgus nomen prudentiæ tenere, famam exire, & emanare. Hoc in vulgus est gratum. Ille in vulgus est ignotus. Indicare aliquid in vulgus.*

VVLNERATIO, onis, sauciatio, pro Cecin. 294 a, * Sin autem vim sine cæde, sine vulnere & sanguine, nullam intelligetis, I. P. 89 b, Maior hæc est vitæ, famæ, salutis suæ vulneratio.

VVLNERATVS, tum, Attic. lib. 7, Vulneratus & spoliatus est, Postquam, 205 b, Tribuni sanctissimum corpus vulneratum ferro confectumq; vidistis. * pro Sext. Rosc. 33 a, Quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio? Att. 107 a, Ad bustum Basilij vulneratus & despoliatus est.

VVLNERO, as, saucio, vulnus vel plagam impono, plagam facio, plagam iniicio, vulnerebus conficio, vulgus infligo, pro Sest. 7 b, Possit gladius acie ipsa vel ferri viribus vulnerare corpus.

VVLNEROR, ris, I. V. 89 b, Serui nonnulli vulnerantur, ipse Rubrius sauciat.

VVLNVS, ris, plaga, de Nat. 71 a, Aesculapius, qui speculum inuenisse, primusq; vulnus obligauisse dicitur, I. V. 273 a, Dico mercedem vulneris atque plagæ constitui nefas fuisse, pro Mil. 114 a, Vulnus in latere, quod acu pūctum videretur, pro ictu gladiatoris putari, Epist. 26 a, Accipere vulnus, de Ar. 253 a, Acceptis à forti aduersario vulneribus aduersis, de Or. 131 b, Claudicare ex vulnere ob rempub. accepto, I. A. 179 a, Infigere vulnus alicui, pro Sest. 7 b, Excipere vulnera, de Fin. 85 a, Exanimari graui vulnere, de Fin. 121 a, Quæ hic reipub. vulnera imponebat, eadem illa sanabat, Att. 12 a, Tanto imposito reip. vulnere, & 77 b, Satis habeo negocij in sanandis vulneribus, quæ sunt imposita reip. Tusc. 183 b, Alligare vulnus, & ibid. a, Obligare vulnus, Attic. 76 a, Vulnera Appij non refrico, sed apparent, nec oculi possunt, & 264 b, Nam Pansa fegerat vulneribus acceptis, quæ ferre non potuit, de Off. lib. 3, Vulnera conscientia, Epist. lib. 10, Ex vulneribus mori, Pollutionis, post Red. in Sen. Vulnus consulare, Att. lib. 1, Domestica vulnera, & lib. 5, Vulnus imponere provinciam. * Postquam, 205 b, Nec enim eguissimè medicina consulari, nisi consulari vulnere concidissimè, pro Cæl. 40 b, Qui tantus furor in Cælio? quod tantum aut in moribus naturaq; vulnus? Tusc. 207 a,

Siquidem qui tempestiuam medicinam admouens

Non ad granescens vulnus illidat manus.

Epist. 56 a, Sulpitij, Duo vulnera accepisse, vnum in stomacho, alterum in capite secundum aurem, & 154 b, Plancus, Si quid intra cutem subest vulneris, quod prius nocere potest, quàm sciri curariq; possit, Attic. 189 b, Omnia nitro non ad animum, sed ad vulnus (al. vultum) ipsum, si queam, reficiendum.

† Syntaxis. *Vulnus obligare, acu punctum. Accipere aduersa vulnera. Ex vulnere claudicare. Infigere alicui vulnus.*

VVLPECULA, læ, de Nat. deor. 18, Lepusculos vulpeculasq; vidisse, Offic. 9 a, Fraus quasi vulpeculæ vis leonis videtur.

VVLVICVLVS, li, vultus, severitas, Att. 235 b, Non te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione deterret?

VVLTVOSVS, a, um, tristis, severus, vel nimia vultus offensatione, vel mutatione, quod mimicum est, & scenicum, Orat. 202 a, Vultus, &c. in quo efficiendum est, ne quid ineptum sit, aut vultuosum.

VVLTVRIVS, rij, vultus, in Pis. 87 b, Appellatus est hic vulturius illius provinciae (si dijs placet) imperator, idem in eadem Scaurus vulturius Reipublicæ.

VVLTVS, tus, ui, de Orat. 163 b, Imago animæ vultus est, indices oculi, & ibid. Vultus quot animi motus sunt, tot signifi-

significationes & commutationes potest efficere. & 122 a, Vultus qui sensum animi plerumque indicent. I P. 79 b, Vultus qui sermo quidam tacitus mentis est. de Leg. 161 a, Et is qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse præter hominem potest, indicat mores: cuius vim Græci norunt, nomen non habent. Orat. 292 a, Vultus qui secundum vocem plurimum potest, magnam affert tum dignitatem, tum venustatem: in quo efficiendum est, ne quid ineptum aut vultuosum sit. de Diu. 97 b, In Aesopo sæpe vidi tantum ardorem vultuum atque motuum, vt, &c. de Orat. 94 b, Quidam vultu motuq; corporis vasti atq; agrestes. & 95 b, Quæ nobis non possumus fingere, facies, vultus, sonus. pro Cl. 32 b, Recordamini faciem, atque illos eius fidos simulatosq; vultus. Tusc. 197 a, Iure erat in Socrate semper idem vultus, cum mentis à qua is fingitur, nulla fieret mutatio. pro Sest. 7 b, Etenim animus vultu, flagitia parietibus tegebantur. pro Deiot. 144 b, In tuis oculis, in tuo ore, vultuq; acquiesco. * cont. Rull. 87 a, Video quosdam non eosdem vultus, quos proxima mea concione præbuerunt, in hanc concionem mihi retulisse. in Clod. Qui leuare vultum, mollire vocem potest. de Or. 135 b, Vt ad cuiusq; modi genus ridiculi vultus etiam accommodetur, qui quidem quo feuerior est & tristior. Postquam 207 b, Si modò vultum importunum in forum detulisset pro Mil. 119 b, Si vultum semper eundem videntis. Tusc. 197 a, Hic est ille vultus semper idem, quem dicitur Xantippe prædicare solita in viro suo fuisse Socrate: eodem vultu semper se vidisse excentem illum domo, & reuertentem. Attic. 189 b, Omnia nitor non ad animum, sed ad vultum (al. vultus) ipsum, si queam, reficiendum.

† Syntaxis. *Facies & vultus. Ora, vultus, oculi.*
VXOR, otis. *quam in matrimonio quis habet, quæ matrimonium alicuius tenet, particeps coniugij.* Top. 222 a, Vxoris duæ formæ: vna matrum familiæ, hæ sunt, quæ in manum conueniunt: altera earum, quæ tantummodo vxores habentur. Attic. 228 a, Quintius à ducenda vxore sic abhorret, vt quicquam libero lectulo neget esse iucundius. pro Sest. 4 a, P. Sestius duxit vxorem optimi viri, filiam Scipionis. ibi. P. Sestius duxit C. Albinum filiam, ex qua hic puer, & nuptiam filia, de Orat. 133 a, Ex animi sui sententia vxorem habere. I. A. 186 b, Qui Numitoriam Fragellanam habuit vxorem item, Habere aliquam in matrimonio. pro Cl. 22 b, Is Saffiam in matrimonium ducere concupiuit. de Fin. 104 b, Atque vt è natura viuat, vxorem adiungere, & velle ex ea liberos procreare. Orat. 100 a, Cum pater familiæ vxorem prægnantem in prouincia reliquisset, Romæque alteram duxisset, neq; nuncium priori remisisset, mortuusq; esset intestatò, & ex vtraq; filius natus esset, mediocrisne res in controuersiam adducta est? * con. C. Anton. Cum ex eodem stupro tibi & vxorem & filiam inuenisti. pro M. Scæu. Vxor pellicatus dolore concitata. Top. 222 a, Si ea vxor mater familiæ esset, si ea in manu viri non conuenierat, nihil deberetur. ibid. Legatum ei (vxori) non videtur. ibid. Si vxori vir legauit omne argentum. ibid. Si pater familiæ vxori ancillarum vsum fructum legauit à filio, neque à secundo hæredè legauit. Top. 226 b, Quid virum vxori, quid vxorem viro præstare oporteret tradiderunt. Ep. 115 b, *Calij.* Inter postulationem & nominis delationem vxor à Dolabella discessit.
VXORIVS, a, um. Off. 64 a, In arbitrio rei vxoriæ hæc verba maximè excellunt. Melius, æquius. * Top. 226 b, In primis in arbitrio rei vxoriæ, in quo est quid æquius melius, parati esse debent.

X

Litera Latinis consonans, & duplex.



¶ *Vastioem appellat Cicero.* Orat. 211 a, Verba sæpe contrahuntur, non vsus causa, sed aurium. Quomodo enim vester Axilla ala factus est, nisi fuga literæ vastioris? Quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo, & paxillo, consuetudo elegans Latini sermonis euellit.

¶ *Nota quoque valens decem: quæ si præponatur literæ vel C, vel D, aut L, aut M, decem trahit, & tollit, hoc modo, XL. pro quadraginta.*

XANTIPPE, Tusc. 197 a, Hic est enim ille vultus semper idè, quem dicitur Xantippe prædicare solita in viro suo fuisse Socrate: eodem vultu semper se vidisse excentem illum domo, & reuertentem.

XENIVS, a, um. *hospitatis.* pro Cæl. 50 b, * Venirent ad balneas Xenias, eodè Licinium esse venturum. ibid, Constitui locum iussit balneas Xenias.

XENOCRATES, de cuius integritate. Attic. 11 a, 3 de Orat. Ac primò ab ipso Platone Aristoteles & Xenocrates: quorū alter Peripateticorum, alter Academiæ nomen obtinuit. de Or. Nam Speusippus Platonis sororis filius, & Xeno-

crates, qui Platonem audierat, & qui Xenocratem Polemo & Crantor, nihil ab Aristotele, qui vna audierat Platonem, magnopere dissensit: copia fortasse & varietate dicendi pares non fuerunt. 1 de Nat. Nec verò eius (Aristotelis) condiscipulus Xenocrates in hoc genere prudentior: in cuius libris qui sunt de natura deorum, nulla speciei diuina describitur. Tusc. q. lib. 3, Xenocrates, cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præsertim, maxima, adduxit legatos ad cenam in Academiam: ijs appositum tantum quod satis esset, nullo apparatu. Cum possidie rogarent eum, cui numerari iuberet. Quid? vos hesternæ, inquit, cenula non intellexistis, me pecunia non egere? quos cum tristiores vidisset, xxx minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur. & lib. 1, Xenocrates animi figuram, & quasi corpus negauit esse, verum numerum dixit esse, vt iam Pythagoræ visum erat, cuius vis in natura maxima esset. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Xenocrates & superiores animum corporis expertem esse dixerunt. ad Att. lib. 1, 11, Quæ mihi res multò honorificentior visa est, quàm aut illa, quum iurare tui ciues Xenocratem testimonium dicentem prohiberentur. Tusc. Quid igitur aut huc prohibet, aut etiam Xenocratem illum grauissimum philosophorum, exaggeratè tantopere virtutem, & extenuantem cætera, & abijcientem, in virtute non beatam modò vitam, sed etiam beatissimam ponet. Offic. 22 b, Contraque patrem eius, illum qui Tib. Gracchi conatus perditos vindicauit, nullam comitatem habuisse sermonis, nec non Xenocratem quidem seuerissimum philosophorum, ob eam rem ipsam magnum & clarum fuisse. 1 Acad. Nam cum reliquisset duos præstantissimos studio atque doctrina, Xenocratem Chalcedonium, & Aristotelem Stagiritem. *De Platone.*

XENOPHANES, 2 Acad. & quàm non multum (dissentunt) à Platone Megarici, quorum fuit nobilis disciplina: cuius, vt scriptum video, princeps Xenophanes quem modò nominavi. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Xenophanes vnum (vult) esse omnia, neque id esse mutabile, & id esse Deum: neque natum vnquam, & sempiternum, & conglobata figura. 1 de Nat. Tum Xenophanes, qui mente adiuncta, omne præterea quod esset infinitum, Deum voluit esse, de ipsa mente item reprehenditur, vt cæteri.

XENOPHONTIS, Or. 199 b, Xenophon, cuius sermo est melledulcior, sed è forèsi strepitu remouissimus. & 202 b, Xenophontis voce musas quasi locutas ferunt. de Diu. 91 a, Xenophon Socraticus (qui vir & quantus in ea militia, qua cum Cyro minore perfunctus est) sua scribit somnia, quorum exitus mirabiles extiterunt. Mentiri Xenophontem, an delirare dicemus? de Orat. 113 b, Denique etiam à philosophia profectus princeps Xenophon, Socraticus ille, post ab Aristotele Callisthenes comes Alexandri, scripsit historiã: & hic quidem rethorico penè more, ille autem superior leniore quodam sono est vsus: & qui illum impetum oratoris non habeat, vehemēs fortasse minus, sed aliquanto tamen est, vt mihi quidè videtur dulcior. de Orat. 155 b, Aliisne igitur artibus, &c. Instituit Xenophon Agésilauum. Qu. fr. 301 a, Vincunt tamen artificij benevolentia colligendæ, qui neque Cyrum Xenophontis, neq; Agésilauum nouerint. Epist. 68 b, Vnus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando, facillè omnes imagines omnium statuasq; superauit de Agésilao loquens. de Senect. 89 a, b, Multas ad res peritiles Xenophontis libri sunt, quos legere quæso studiosè, vt facitis. Quàm copiosè ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuendare familiaria, qui Oeconomicus inscribitur, & 86 b, Me verò & magisteria delectant, &c. & pocula sicut in Symposio Xenophontis est, minura atque rorantia. de Nat. 65 a, Apud Xenophontem quærit Socrates, vnde animam arripuerimus, si nulla fuerit in mundo? Qu. fr. 294 a, Cyrus ille à Xenophonte non ad historiã fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperij: cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur: quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat. Nullum est enim prætermisum in his officium diligentis & moderati imperij.

XENOPHONTEIVS, ia, ium. Epist. 67 b, Gratiamq; illam, de qua suauissimè quodam in proemio scripsisti, à quo te flecti non magis potuisse demonstras, quàm Herculem Xenophonteium illum à voluptate. de Clar. 176 b, Tum facillimè ex eo libro, quem de consulatu, & de rebus gestis suis, conscriptum molli & Venophonteio genere sermonis, misit ad A. Furium poetam familiarem suum.

XENOPHONTIVS, a, um. Ep. 57 b, Herculem Xenophontium ferunt, &c.

XERXES, Tusc. quæst. lib. 3, Nam Xerxes quidem refertus omnibus præijs, donisq; fortunæ, non equitatu, non

pedestribus copijs, non nauium multitudine non infinito pondere auri contentus, præmium proposuit qui inuenisset nouam uoluptatem, qua ipse non fuit contentus. 2 de Leg. Nec sequor Magos Persarum, quibus autoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur, quòd parietibus includerent deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera. de Nat. deor. 1. Non manibus, ut Xerxes, sed rationibus deorum immortalium templa & aras euerterit.

XYS TVS, sibi. *porticus*. de Cl. 169 b, Cùm inambularem in xyfio & essem ociosus domi de Opt. 2. 4. 3 a Spaciari in xyfio. Acad. 3 b, Cùm pauca in xyfio locuti essemus, tum eodem in spacio confedimus. Attic. 5 a, * *Quæ* (*Hermæ signa, & cætera*) tibi gymnasijs xyfijq; uidebuntur esse.



Y Litera Græcorum potius quam Latinorum: unde sic Cicero. Orat. 212 a, Purium semper Ennius, nusquam Pyrrhum: ut patefecerunt Fruges, non Phryges. ipsius antiqui declarant libri. nec enim Græcâ literam adhibebant. nunc autem etiam duas. & cùm Phryguni, & cùm Phrygibus dicendum esset, absurdum erat aut tantum barbaris casibus Græcam litteram adhibere, aut recto casu solum Græce loqui. tamen & Phryges, & Pyrrhum, aurium causa dicimus. Att. 56 a, P. Sulla, pro P. Sylla.



Z *Litterarum Latinarum una ex consonantibus.*

ZALEVCVS. 6 ad Att. Zaleucum quis leges Locris scripsisse non dixit? de Leg. Quod idem & Zaleucum & Charondam fecisse video: quum quidem illi non studij & delectationis, sed reipub. causa leges ciuitatibus suis scripserunt.

ZELOTYPÍA, *piæ obuestatio*. Tusc. 212 b, Obuestatio. quâ intelligi zelotypiam uolo, est ægrotudo ex eo quòd alter portiatur eo, quòd ille ipse concupierit. Att. 162 a, Offensio nostra, quæ magis à *ζηλοτυπία* mea, quam ab iniuria nata est.

ZENO, onis. Acad. 33 b, Zeno qui inuentor & princeps Stoicorum fuit. *Et de eodem*. 36 a, Acad. quæst. edit. 2 lib. 1, Iam Polemonem audierunt assidue Zeno & Arcesilas. Sed Zeno, cùm Arcesilam anteiret ætate, ualdeq; subtiliter disserteret, & peracutè moueretur, corrigere conatus est disciplinam. Tusc. q. lib. 5. Et si Zeno Citæus aduena quidam & ignobilis, uerborum opifex, insinuasse se in antiquam philosophiam uidetur & lib. 2, Zeno Eleates perpeffus est omnia potius, quam conscientios delendæ tyrannidis indicaret. Acad. q. ed. 2. lib. 1, Zeno ad uisa quasi accepta sensibus assensionem adiungit animorum. ibid. Zeno ijs solum uisis adiungebat fidem, quæ propriam quãdam habent declarationem rarum rerum, quæ uidentur. de Fin. lib. 4 Zeno quod suam, quod propriam speciem habeat, cur appetendum sit, id solum bonum appellat. Acad. q. ed. 2. lib. 1, Zeno arbitrabatur omnium perturbationum matrem esse immoderatam quandam intemperantiam. ibid. Zeno arbitrabatur nihil quicquã effici posse à natura corporis experite. 1. de Nat. Zeno autem (ut iam ad uestros Balbe ueniam) naturalem legem diuinam esse censet, eamq; vim obtinere recta imperantem, prohibentemq; contraria. Acad. q. ed. 2. lib. 1, Zeno comprehensionem inter scientiam & inscientiam collocabat, eamq; neque in rebus, neque in prauis numerabat. ibid. Zeno sensus iunctos esse censuit e quãdam quasi impulsione oblata extrinsecus. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2, Zeno nihil censuit deesse uirtuti. Ac. q. ed. 2. lib. 1, Zeno quod aut efficeret aliquid, aut quod efficeretur, censuit non posse non esse corpus. ibid. Zeno non tam rebus, quam uocabulis ueteris Academice disciplinam commutauit. Ac. q. ed. 1. lib. 2, Zeno, quasi corporis simus expertes, animum solum comprehenditur. 3 de Nat. Zeno ita concludit, Quod ratione uirtur, melius est, quam id quod ratione non uirtur: nihil autem mundo melius ratione igitur mundus uirtur. Tusc. q. lib. 3, Zeno cùm ægrotudinem desinit, opinionem mali presentis recentem; uerbum (recens) sic interpretatur, ut non tantum illud recens esse uelit, quod paulo antè acciderit: sed quandiu in illo opinato malo uis quã dâ insit & uigeat, & quandam habeat uiriditatem, tandiu appelletur recens. 2 de Nat. deor. Zeno naturam ita definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum, ad gignendum progredientem uia. Orat. Zeno manu dialecticam & eloquentiam similem esse dicebat. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Zeno comprehensionem esse dicebat, cùm manum planè compresserat, pugnumq; fecerat. de Nat. d. 1, Zeno non eos solum, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, cæterosq; fugebat maledictis, sed Socratem ipsum, parentem philoso-

phiæ, Latino uerbo utens, scurram Atticum fuisse dicebat, &c. de Nat. deor. 1, Zeno nonnulla esse falsa dicebat, quæ sensibus uiderentur. Ac. q. ed. 1. lib. 2, Zeno cum læuam manum admoerat, & pugnum dextræ arcè uehementerq; compresserat, scientiam talem esse dicebat. de Finib. lib. 2, Zeno rhetoricam palmæ, dialecticam pugno similem esse dicebat. & lib. 4, Zeno dixit ignem esse quintam naturam, ex qua ratio & intelligentia oriretur. Ac. q. ed. 2. lib. 1, Zeno uirtutes nullo modo sciungi posse dissecebat. Ac. q. ed. 1. lib. 2, Zeno uisum inquebat esse, cùm extensis digitis aduersam manū ostendebat. Nam per gestus quid esset, scire conficiebat. Ac. q. ed. 2. lib. 1, Zeno inter rectè factum, τὸ κατὰ φύσιν, & prauè uisum peccatum, ἀμάρτυρον, medium quoddam locauit, quod per se nec bonum, nec malum esset, sed adiectis certis circumstantijs nunc in bonis, nunc in malis numeretur, nempe officia, & seruata, & prætermissa. ibid. Zeno Epicureus, cùm à Carneade plurimum dissentiret, unum tamen præter cæteros mirabatur. ibid. Zeno uirtutem cuiquam adesse negauit, nisi ea ueretur. *contra Aristotelem qui uirtutem etiam in dormiente, nihilq; agente locat*. ibid. Zeno scientiam nominauit id, quod sensu ita erat comprehensum, ut ratione conuelli nō posset. ibid. Zeno nihil aliud numerauit in bonis, nisi solam uirtutem. ibid. Zeno quatuor tantum elementa seu initia rerum ponit: nempe ignem, ærē, aquam & terram. ibid. Zeno rectè facta sola in bonis actionibus: prauè, id est, peccata, in malis posuit. ibid. Zeno omnem uirtutem in ratione posuit, contra ueterum philosophorum opinionem. de Nat. deor. 2, Zeno premebat, quæ dilatabantur à nobis. 4. Acad. & 3 de Nat. deor. Zeno inuentor & princeps Stoicorum fuit de Finib. lib. 3, Zeno Stoicorum princeps, non tam rerum inuentor fuit, quam nouorum uerborum. Diu. lib. 2, Zeno contrahi animum, & quasi labi putat, atque concidere, & ipsum esse dormire. Acad. 4. ed. 1. lib. 2, Zeno in una uirtute positam beatam uitam putat. Ac. q. ed. 2. lib. 1, Zeno perturbationes putabat esse uoluntarias, opinionisq; iudicio suscipi. *contra antiquorum philosophorum doctrinam, qui eas naturales esse dicebant, & in ea animi parte, quæ rationis est expertis, constituiebant*. ibid. Zeno omnia quæ essent aliena si mæ & constantissimi assensionis, à uirtute, sapientiaq; remouebat. 3 Tusc. Me audiente Athenes senex Zeno Epicureorum acutissimus contendere, & magna uoce dicere solebat, eum esse beatum, qui presentibus uoluptatibus frueretur, consideretq; se futurum aut in omni, aut in magna parte uitæ, dolore non interueniente: aut si interueniret, si summus foret, futurum breuem: si productior, plus habiturum iucundi, quam mali. de Nat. deor. 2, Quæ breuius concluduntur (ut Zeno solebat) a pertiora sunt à reprehendendum. de Or. Zeno quidem ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. nam cùm cōpreserat digito, pugnumq; fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse, &c. 3 de Nat. Magnam molestiam suscepit, & minirè necessariam primus Zeno, post Cleanthes, deinde Chrypsippus, &c. Ac. q. ed. 1. lib. 2, Honestum autè quod ducatur à conciliatione naturæ, Zeno statuit finem bonorum, qui inuentor & princeps Stoicorum fuit. Ac. q. ed. 2. lib. 1, Zeno statuit cœlum esse ignem; qui quidque gigneret 1 de Nat. Zeno quum Hestodi Theogoniam, id est, originem deorum interpretatur, tollit omnino uisitas perceptasq; cogitationes deorum. Ac. q. ed. 2. lib. 1, Zeno sensibus etiam fidem tribuebat. Ac. q. ed. 1. lib. 2, Neminem uolebat esse scientia compotem, nisi sapientem. Ac. q. ed. 2. lib. 1, Zeno perturbationibus quasi morbis sapientem carere uoluit. ibid. Zeno uult assensionem animorum esse in nobis positam, & uoluntariam. Ac. q. ed. lib. 2, Zeno nihil noui reperire, sed superiores philosophos emendare uoluit, immutatione uerborum. Ac. q. ed. 2. lib. 1, Zeno plurimis nouis uerbis usus est: noua enim dicebat. Ac. q. ed. 1. lib. 2, Qui cùm Zenonis auditor esset, uides, quantum ab eo dissenferit, & quàm non multum à Platone Megarici, quorū fuit nobilis disciplina: cuius ut scriptum uideo, princeps Xenophanes, quem modò nominauit, deinde eum secuti Parmenides & Zeno. 1 de Nat. Perfitis, Zenonis auditor, eos dicit esse habitos deos, à quibus magna uilitas, ad uitæ cultum esset inuenta, ipsasq; res uiles & salutare deorum esse uocabulis nuncupatas. 3 de Nat. Zenonis breues & acutule conclusiones. pro Murgē. Zenonis inuenta. 3 de Nat. Posse enim a fotos ex Aristippi, acerbos è Zenonis schola exire. Ac. q. ed. 2. lib. 1, Zenoni comprehensio facta sensibus, & uera & fidelis esse uidebatur. 4 Acad. Sapiens ne non timeat, ne si patria deleatur, non doleat, satis durum: sed Zenoni necessarium: cui præter honestum, nihil est in bonis. Ac. d. ed. 1. lib. 2, Zenoni, & reliquis ferè Stoicis, æther uideatur summus deus, mente præditus, qua omnia regantur. Tusc. q. lib. 5, Zenoni, eiusque

que auditori Aristoni placuit, bonum esse solum, quod honestum esset. Acad. q. ed. 1. lib. 2, Zenoni, præter honestum, nihil est in bonis. 9 Fam. 50, Zenoni, homini acuto, placuit loquendi libertas. Tusc. q. lib. 1, Zenoni Stoico animus ignis videtur. 1 de Nat. Cleanthes, qui Zenonem audiuit vnâ cum Aristone, tum ipsum mundum deum dicit esse: tum totius naturæ mente atque animo hoc nomen tribuit, tum vltimum & altissimum, atque vndiq; circumfusum & extremum, omnia cingentem atq; complexum ardorem, qui æther nominetur, certissimum deum iudicat. ibid. Zenonem, quem Philo noster Coryphæum appellare Epicureorum solebat. & lib. 3, Anaxarchum Democritum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus: Zenonem Eleatem in tormentis necatum. Tusc. q. lib. 5, Inter Zenonem & Peripateticos nihil præter verborum nouitatem interesse.

ZETHVS. 2. ad Her. Vt apud Pacuuium Zethus cum Amphione, quorum controuersia quum de musica inducta est, disputatio in sapientiæ rationem & virtutis utilitatem confamitur. 2 de Orat. Miror, cur philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuuianus, propè bellum indixeris.

ZEVGMIA. oppidum. Qu. fr. 313.

ZEVXIS. de Or. 143 a, Vna est ars ratioq; picturæ: dissimiliq; tamen inter se Zeuxis, Aglaophon, Apelles: neque eorum quisquam est, cui quicumque in arte sua deesse videatur. 2 de Inuent. 62 a, Neque enim putauit (Zeuxis) omnia, quæ quæreret ad venustatem, vno in corpore se reperire posse, ideo quoddam mihi simplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. ibid. Itaq; (Crotoniatæ) Heracleoten Zeuxin, qui tum longè cæteris excellere pictoribus existimabatur, magno precio conductum adhibuerunt. Is & cæteras tabulas complures pinxit, quarum

nonnulla pars vsque ad nostram memoriam propter fanii religionem remansit: & vt excellentem muliebris formæ pulchritudinem muta in sese imago contineret, Helenæ se pingere simulacrum velle dixit, &c. de Cl. 170 b, Similis in pictura ratio est, in qua Zeuxin, & Polignotum, & Timantem, & eorum qui non sunt vsi plus quàm quatuor coloribus, formas & lineamenta laudamus.

* ZHETHMA. quæstio. Epist. 142 b, Quod tu vnum *Zethum* persolueris.

ZODIACVS. *signifer orbis, orbis signorum.* de Diu. 126 b, Vis quædam est signifero in orbe, qui Græcè *Ζωδιακός* dicitur, talis, vt, &c. Tusc. 162 b,

Zodiacum hunc Græci vocitant, nostriq; Latini Orbem signiferum perhibebunt nomine vero.

ZONARII. qui *zonas*, hoc est cingulos faciunt. pro Fl. 149 b, Id Sutores & zonarij conclamarunt.

ZOPYRVS. Tusc. 227 a, Cum multa in conuentu vitia collegisset in eum (Socratem) Zopyrus, qui se naturam cuiusq; ex forma perspicere profitebatur, derisus est à cæteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent: ab ipso autem Socrate subleuatus est, quum illa sibi vitia inesse, sed ratione à se deiecta diceret. de Fat. 142 a, Quid? Socratem, nonne legimus quemadmodum notant Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturasq; ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere? stupidū esse Socratem dixit & bardum, quod iugula concaua non haberet: obstructas eas partes & obturatas esse dicebat. Addidit etiam mulierosum, in quo Alcibiades cachinum dicitur sustulisse.

ZOSTER. * is, regio & isthmus Atticæ. Attic. 74 a, A Pyræo ad Zosteram vento molesto venimus.

F I N I S.

LL 2 INDEX

INDEX UTILISSIMVS, IN QVO VERBA

INNVMERA FERRE BARBARA, VEL LATINA

*quidem sed non Ciceroniana, indicantur: quibus elegantissima ex ipso**Cicerone subiiciuntur: auctus à Iacobo Celsario Augustano.*

A

**ALIGVRIO**, ligurio, cōsumo, deuoro.

Abominabilis, de testabilis, detestandus.

Abominor, sum auersus ab, tanquam religioni habeo, offer sionem atq; fastidium habeo ad, asperror, fugio, respuo, perhorresco, detestor.

Abortio, vel abortior, mihi partum medicamentis abigo.

* Abusiue, minus proprie.

Accentus, vox, sonus. Ora. 202 a, Vocis tres omnino sunt soni, inflexus, acutus, grauis.

* Accepto, accipio, suscipio.

Accidentia nominum & verborum, res nominibus & verbis attributæ. de In. 50 a, b.

Aceruo, coaceruo, accumulo.

Accesco, coacesco.

* Acquisitio, comparatio.

Actu esse, re, vel re ipsa: esse in rerum natura, esse vel non esse.

Acuitas, acumen.

* Adagium, prouerbum.

Additius, addictus, astrictus. de Vni. 201 b, Credere alicui, quanquam nec argumētis nec rationibus certis eius oratio confirmatur. item: cum alijs isto modo, qui legibus impositis disputant, nos in diem viuimus, quodcumq; nostros animos probabilitate percussit, id dicimus: itaque soli sumus liberi.

Adimpleo, expleo, impleo.

Adoptiuus filius, iudicio & voluntate filius.

Adoro, colo, venero.

Adriaticus, Adrianus: vt, mare Adriaticum: id est, mare superum.

Aduersitas, res alicuius aduersæ, turbidæ res, grauis fortuna.

Adulteratus, fucatus, fallax, fucosus, adulterinus.

Aduno, in vnum locum congreo in vnum conduco, in vnum redigo, in vnum confiro.

Aequanimis, vel æquanimus, qui æquo animo est.

Aequanimitas, animus æquus, animi æquitas.

Aequilaterus. in Arat. Huic spacio ductum simili latus extat vtrunque.

Affabiliter, comiter.

Affectatio, appetitio, consecratio.

Affectatus, nimis exquisitus, appetitus, puditus, odiosus, qui omni ex genere orationem aucupatur, omnes vndiq; foscules carpit.

Affirmatiuus, aens. (Negans. Top. 24 b.

Afflatio, motus, vaticinatio.

Afflatus, mente permotus, furore diuino incitatus, insanus furens, qui humanos sensus amiserit, diuinos affectus sit, mente incitatus, animi ardore aliquo inflamatus atq; incitatus.

Agibilis, Senectus auocat à rebus gerendis.

Alatus, volucer, ales, aliger.

Albedo, color albus, candor.

Aliqualiter, aliquo modo vel ratione.

Aliquantisper, paulisper, parumper.

Allegare, afferre, citare, laudare.

Allo cutio, compellatio.

* Allubescit, lubet, libet, placet.

Alternatio, vicissitudo.

Alteruter, vterq; alter.

Ambages, circuitio, anfractus. pro Qu. 80 a, Aliquo circuitu ad id peruenire quo velis.

* Ambasiator, legatus.

* Ancile. I. A. 230 a, Id signum quod coelo delapsum Vestæ custodij continetur.

Angusto, in angustum adduco vel deduco, coangusto, contraho, angustum facio. (Dilato.

Animalculum, bestiola.

* Annihilo, deleo, induco, labefacto, infirmo, conuicilo.

* Annihilor. in nihilum intereo, occido in nihilum, in nihilum recido, pereor.

* Annotatio, notatio, obseruatio.

Antarcticus, auraxōn.

Ante omnia, in primis, ptæ ceteris.

Anterior, superior.

Anticatōnes, Cæsar cōtra Catonem. Top. 229 a. & Attic. 199 b, & 22 a.

Antiquitūs, bonis temporibus.

Apologia, ἀλογία.

Apparens, expressus, eminens.

Apparentia, species, visio, visus.

Applaudo, plausum do. a dhinnio.

Approprio, vendico, adscisco.

Aptitudo, habilitas.

Aquaticus, aquatilis, nans, natans, aquarum incola.

* Aquosus, humidus.

Armillistrum, tanquam si arma militis inspicunda sint. pro Cecin. 206 b.

* Arresto, vador.

Arsus, deflagrans.

Artificialis, artificiosus, quod habet artem.

* Artificialiter, artificiosè.

* Aspernatus, contemptus, reiectus.

Asser, vel assis, tabula.

Assessor, vindex.

Assuefacio, exercitatio consuetudoq; patiendi.

* Assuefactio, vsus, exercitatio, consuetudo.

* Assuetudo, consuetudo.

Asylum, asylum, ara, per fugium.

* Attondeo de pascor.

Audibilis, sub auditum cadens.

Augmentabilis. (Crescendi accessiōnem habens. de Fin. 99 b.

Augmentatio, amplificatio, accretio.

Augmento, augeo, amplifico, magnū vel maius facio, propago, magnum facio, vberius.

Augmentum, amplificatio, incrementum.

Authenticè. ἀυθεντικῶς.

Autodidactos, sine interprete & exercitatio.

Aux, quæ ab astrologis dicitur aux, hanc quidam à Cicerone iugum appellari dicunt: L. iugum, vt, Luna in iugo.

Auxiliator, adiutor.

B

BAlbuties, hæsitantia linguæ.

* Balliua, diæcesis, præfectura.

Balsamo, *μελίσσω*, ad Heren. 55 b, L. Conditio.

Barbitonsor, tonfor & tonstrix.

* Basse, presè, submissè.

* Bassus, humilis.

Becchata, morsus.

* Belligeratio, bellum.

Benefactor, benemeritus, benemerēs.

Benefic, benignè fit.

* Beneuolens, beneuolus.

Bibitio, potatio.

Biformis, biformatus, & triformis Chimera.

Blasphemo, excror.

* Blaucus, cæruleus.

* Boatus, mugitus.

Boreas, aquilo.

Brauium, stadium, præmium.

Breuiarium, epitome.

Breuior, breue facio. (Longum facio.

Brutum, bestia, muta bestia, pecus, animal.

* Byssus, vestis lintea.

C

CAbala, à patribus accipere, audire & posteris prodere, vel familijs.

Caco, detractio consecrati & consumpti cibi.

Calco, induo.

Calculo, calculos subduco, ratiocinor.

Calcraftium, quod vim caloris habet, quod calefacit, calefaciens.

Calendarium, fasti.

Caliditas, calor.

* Calumniosè, contumeliosè, iniuriōsè.

* Candela, Lumen.

Captiuo, iugum seruire impono.

Cardinalis, pontifex pontificum collegium, summum consilium.

Carentia, inopia, egestas, vacuitas.

Castigator, vindex.

Castriametor. I. A. 133 a, Saxa castrorum antea metator.

Casualis, fortuitus, incertus, in casu positus, & illa verba quæ casus habent.

Cataphractus, tectus ac munitus ad pugnandum.

Catarrhus, epiphora.

Causatiuus, efficiens.

Causo, efficio, gigno, efficiens sum, importo, causam do.

Ceruitosus, qui nimium sui juris sententiæq; est. I. V. 79 b, Obstinatus.

Chalographus librarius.

Chirotheca, manica.

Cholera, bilis. Epi. 263 b, *χολῆς ἐκκένωσις* nodu eieci.

Chorea, saltatio.

* Chorizator saltator.

* Chonzo, salto.

Chymus, succus in quo alimur.

Cicritas, mansuetudo animi.

Cingulus Cylo, puer meritorius, exoletus, catamitus, impudicus, qui turpiter patitur, puer emptus libidinis causa, qui aliorum amori flagitio.

gitiolum putans corpori suo quod
aliter collideat: ea patiens quæ al-
teri facere collideat.
Circulariter, in orbem.
Circularis probatio, mutua, vel in or-
bem facta.
Circumferentia, extremitas, libramen-
tum.
Circumlocutio, circuitio, anfractus.
Circumoluo, in orbem torqueo.
* Circumuolutus, circumdatus, cin-
ctus.
Circumstantia ad Att. 259 a, τὸ κατὰ
ἀνάγκην καὶ ἤθη. Para. 120 a, Nuda
ista si pones, iudicari qualia sint,
non facile possunt. i. αὐτὸ τῆς ἀνα-
γκῆς. * de Linu. 50 b, attributio.
Clandularius, furtiuus, clandestinus.
Clanculum, clam.
Clarifico, claro, clarum facio. de Or.
157 a, illustro.
Classici autores. (Plebeij philoso-
phi. Tusc. 159 b, Vel, ut ita dicam,
minorum gentium.
Classicum, bellum.
Clavis imperij, claustra imperij.
Clima, quasi cingulus.
Coactè, per vim.
Cœqualis, æqualis.
Cœptum, inceptum, cœptus.
Cognoscibilis, habens cognitionem.
Coincido, concurrent, in vnam for-
mam cado.
Coitus, concubitus, cōiunctio, com-
plexus venereus, commiscere cor-
pora, libido, rerum venerearum v-
sus, obscœna voluptas, cōiunctio-
nis appetitus. de Nat. deor. 51 b, In
mare & in fœmina commiscendo-
rum corporum miræ libidines.
* Colliquesco, liqueco.
Combino, connecto, * copulo.
* Comitatio, assectatio, comitatus.
